

P6

Cambridge, Fitzwilliam Museum, McClean 165, ff. 89r-102r

Notes

NB The ms always read «h'» as «hoc», not «haec». «Haec» is always written as «hec».

p't *for* post

evidence for earlier date

Utrum *passim*

animal/materia rationale/forma (f. 96v)

veteri quaestione ratione uti/rationale (f. 98v)

specialis essentia (f. 100v)

=====

Cum res omnes, quae digne expetuntur, propter / aliquam trium causarum quas docet Tullius (*Top.* 24.91), in genere deliberativo sint expetendae. Iste quidem liber, cum propter honestatem ad quam omnis litterarum scientia tendit, / est principaliter expetendus.

Tum etiam multarum utilium rerum utilitatem continere / ipsius manifestatur in titulo, sic: **Incipiunt Ysagogae Porphyrii**, quae Latine introductiones dicuntur; cum enim aliquid inductorium vocamus ad aliud, utile designamus esse hoc verbo.

Ab eadem quoque causa, i.e. utilitate quam diximus sui tractatus, sic exorditur principium propositione quadam hypothetice disposita, ~~non necessariae causae, sed / levi quidem et placitali quam diximus, sui operis iungens effectum~~¹. **Cum sit necessarium** id est / utile nosse (5.2) istum quinarium ad ea quae sequens docet effexegesis, i.e. **et ad eam doctrinam / etc, temptabo breviter et velut modo introductionis aggredi quae ab antiquis / dicta sunt.** Hic in nominandis sui propositi rebus facit nos dociles et attentos, sic / enim nos docet: de quibus eius orationem debeamus attendere. Breviter vero dicendo fastidium removens benevolentiam comparat. Quam quia in brevitate laborantes saepe / in obscuritatis vitium cadunt, flacco in poematis libro dicente **velut introduc/tionis modo** apponens adauget.

Quod idem sic a definitione probat. Omnis tractans abstinendo ab altioribus quaestionibus et leviores mediocriter coniectando / tractat modo introductionis; sed ego, inquit, tractabo **abstinens ab altioribus /**

¹ effectum(m)] affectum(m) a.c. C

quaestionibus, simpliciores mediocriter vero coniectans (5.9); ergo tractabo modo introduc/tionis.

Quod vero ab altioribus quaestionibus se abstinebit, a partibus sic probatur. Absti/nebit enim se ab his quaestionibus quae sunt de generibus et speciebus, utrum sint vel non; / quod aequipolenter ait sic **sive in solis nudis purisque intellectibus sint posita** (5.11); sicut / enim dicimus aliquem solum qui perdidit socium, sic recte intellectum solum vocamus qui re sibi / socia constat privatus; `sicut² quoque ‘nudum’ vocamus a«d quem ----- quae rei veritas non defendit’; ut etiam oleum amurca purgatum vel aurum omnino ab argento / separatum ‘pulum’ vocamus, sic purus est intellectus qui a rei veritate simulatur / disiunctus. Si etiam sint: utrum corporea vel incorporea sint. Omnia enim quae sunt, / aut corporea aut incorporea; sed abutitur vocabulis. Et si incorporea sint, **utrum** / talia sint quae possint subsistere sine corporibus, hoc est sint **separata a sensibilibus** / ut anima et similia, an talia ut sine illis non subsistant, hoc est **an** ipsis **sensibilibus** / iuncta, **et circa ea constantia** (subaudit ‘semper’) ut albedo et similia, **dicere recusabo** / hoc est ab illis abstinebo. Sed hae sunt altiores quaestiones. Ergo ab altioribus quaestio/nibus se abstinebit.

Et utrum hae sint altiores. Omnes altissimae res sunt altiores; sed / hae quaestiones sunt altissimae, quod ait aequipolenter: **altissimum enim negotium huius/modi est** etc (5.14); ergo hae quaestiones sunt altiores. A specie altioris. Quod enim vel parvo / magis altum est, quod comparativi diminutivo significatur ‘est altius’, vel quod multo magis / est altum, quod superlativo ‘altissimum’ designatur.

Quod autem simpliciores mediocriter / coniectabit, tali docet expositione: **illud vero non temptabo tibi monstrare quemadmodum de his** etc (5.15). |89v|

<De genere>

Videtur autem neque genus neque species simpli/citer dici (6.1). Quae tali propositione coniuncta, divisio rationibus sic probantur. / Si genus dicitur tripliciter, tunc non dicitur simpliciter. Inter repugnantia. Sunt enim contraria ‘simpli/citer’ et ‘multipliciter’; sub quo ‘tripliciter’ repugnat et ‘simpliciter’; sed dicitur tripliciter; ergo non dicitur simpliciter. /

Et utrum tripliciter dicatur. A partibus.

Si genus dicitur collectio et principium et cui / supponitur species, tunc dicitur tripliciter. Sed **genus** inquit **collectio aliquorum se**

² `sicut - defendit’ *add. i.m. sup. C*

habentium ad unum aliquid et ad se invicem (6.2). Quod sic probat a parte: Si collectio Romanorum / dicitur genus, tunc collectio aliquorum; sed hoc est, ut ait **secundum quam** etc (6.3); ergo aliquorum collectio dicitur genus. / Et utrum collectio Romanorum dicatur ab unius habitudine. A parte. Si a Romuli, tunc ab unius <habitudine>; / sed a Romuli, ut ait **dico autem Romuli** (6.5); ergo ab unius <habitudine>.

Sequitur altera pars assumptionis: **Dicitur / autem rursus et aliter genus quod est principium generationis** (6.8). Quam partem appositam tali / aperit sectione: principium dico quod est procreans vel locus. Quod sic ait, Graeca gramma/tica ablativos praepositionibus iunctos pro nominativis ponens: **vel ab eo qui genuit vel a loco in quo quis genitus est** (6.9), ut Cicero (*Top.* 82.8) “locus *in ipso tum ex toto* i.e. totum, *tum / ex partibus* i.e. partes”.

Et utrum principium, quod est procreans et quod est locus, sit genus. A partibus. Si Tantalus et Hercules qui est procreans principium est genus, et thebae et Athenae quae / sunt localia principia sunt genus, tunc principium quod est procreans et quod est locus est genus; / sed Tantalus qui est procreans principium et Hercules est genus, et thebae et Athenae quae / sunt localia principia sunt genera; ergo principium quod est procreans et quod est locus est genus. /

Et utrum Tantalus et Hercules sint principium generationis. A partibus eius. Si Orestis et / Hili, tunc generationis. Sed, inquit, Orestis et Hili sunt principia; quod sic aequipollenter ait: / ~~†si genus hoc est principium~~, quod idem ab auctoritate confirmat Porphyrii³ dicimus†. Ergo Tantalus et Hercules / sunt principia generationis. De Thebis, quia argumenti similitudinem tenet, lectorum / indagationi relinquimus.

Quod item utrumque a genere sic probat. Si omnis patria et / pater est principium generis, tunc Tantalus et Hercules et Thebae et Athenae. Sed hoc⁴ est, ut ait / **etenim patria est principium generationis quemadmodum⁵ pater** (6.13). Ergo Tantalus et Hercules et Thebae / et Athenae sunt principia generationis.

Haec autem significatio i.e. pater **videtur esse promptissima** i.e. vere genus (6.14). Quod sic probat a parte. Si Romulus est vere genus Romanorum et / Cicrops Cicropidarum, tunc pater est vere vel promptissime genus. Sed hoc est, ut ait aequipollenter: / **Romani enim sunt qui descendunt ex genere Romuli** (6.15) ac si diceret: Romulus est genus Romanorum. / Ergo pater est verissime genus.

Quia vero superius nihil curans de ordine, collectionem praemisit

³ Porphyrii] *lectio incerta*, .p(or). C

⁴ hoc] haec *ut videtur* C

⁵ quemadmodum] ad que(m) modu(m) C

principio, subtiliter aliqui rerum ordinibus adhaerentes possent / obsistere, quod tali praevenit antipophora: **Et prius quidem appellatum est generationis principi/um** (6.18), dehinc vero collectio quae descendit a principio ut ea quae descendit a Romulo. / De qua firmamentum ab auctoritate sic ponit: **Namque dicebamus dividentes /** i.e. ut divideremus **ab aliis** (6.19).

Dicitur autem rursus et aliter genus cui supponitur species (6.21). / Cum vero aliter hoc ab aliis esse dixerit, quidam tamen⁶ non resecantes ad vivum [90r] pro aliqua sibi cum superioribus communi essentia non aliud sed idem putarent, / tali antipophora docet esse diversum. Cum enim non idem secum, sed cum diverso diversum similitudinem gerat, hoc quod **ad ipsorum similitudinem dictum** esse ostendit.

Quod sic probatur / a partibus horum. Si ad similitudinem principii et collectionis, tunc ad horum. Sed / hoc est. Quae sic probatur divisa. Si genus huiusmodi dicitur principium sicut illud principium, / tunc est dictum ad similitudinem eius; sed hoc est, ut ait (6.22); ergo dictum est ad similitudinem principii. A parte similitudinis. Et utrum ad similitudinem collectionis. / Ab eodem loco. Si genus cui supponitur species continet multitudinem sicut et illud, / tunc est dictum ad similitudinem eius; sed hoc est, ut ait (6.21); ergo est dictum ad similitudinem / collectionis.

Enumeratis itaque tribus his partibus, infert conclusionem: / tripliciter dici genus. Sed per 'cum' particulam conexivam coniungit ei quod sequitur, sic: / **Tripliciter igitur** etc (6.25).

Quod describentes philosophi dicunt esse quod praedicatur et/c (6.26). Ad cuius assertionem tale apponit exemplum: **ut animal** (7.2).

Dictam generis / descriptionem nihil superfluum continere, finalis manifestat conclusio, haec / scilicet: **nihil igitur superfluum** (8.15). Quod vero **minus** dicit (8.16), propter hoc solum quod patebat, ex col/legio infert.

Illud autem sic probatur. Si descriptio generis separat genus ab omnibus / aliis, nihil superfluum continet. Inter repugnantia. Sunt enim contraria facere / differre, et ~~non sub quo superfluum continere~~ ad facere differre repugnans. Sed descriptio generis separat genus ab aliis omnibus. Unde descendit illa finalis conclusio: **nihil igitur continet superfluum**. A repugnanti.

Ex cuius syllogismi assumptione, / haec fit quaestio: utrum generis descriptio separet genus ab aliis omnibus. Quod sic probatur.

⁶ tamen] t(antu)m C

Omnia enim quae sunt, aut praedicantur de uno solo aut de pluribus; et hoc / est quod dicit: **eorum enim quae praedicantur alia dicuntur de uno solo, alia vero de plu/ribus** (7.2).

Cuius pars prior probatur, sic a partibus. Si individua dicuntur de uno solo, tunc / alia eorum quae dicuntur praedicantur de uno solo. Sed individua, et est hoc quod dicit **sicut indi/vidua** (7.3). Ergo eorum quae dicuntur, alia praedicantur de uno solo.

Deinde utrum indivi/dua. Sic. Probatur a partibus. Omnia enim individua sunt ut Socrates et hic et hoc. / Sed Socrates et hic et hoc praedicantur de uno solo; quod si c' dicit: **ut Socrates ut hic et hoc**. Ergo individua praedicantur de uno solo.

Quo probato, descendit ad al/teram divisionem partem, scilicet: utrum alia praedicentur de pluribus. / Quod sic probat a partibus. Si genera, species, differentia, proprium, communi/ter accidens praedicantur de pluribus, tunc alia eorum quae dicuntur praedicantur de / pluribus. Genus vero nihil ad argumentum sed propter communitatem admiscuit; / commune quoque accidens sumpsit, speciale scilicet; et proprium excepit, quia / illud de suo solo subiecto praedicatur. Sequitur assumptio: Sed genera et speci/es, differentia, proprium, commune accidens praedicantur de pluribus; quod sic dicit: **ut genera et species** et reliqua (7.4). Ergo alia eorum quae dicuntur praedicantur de pluribus. **|90v|**

Sic ergo probatam priorem expetamus propositionem: ~~Omnia quae dicuntur vel sunt, aut praedicantur / de pluribus.~~ Quod sic aequipolenter dicit: **Ab his ergo quae de uno solo dicuntur, differunt genera** (7.9), / dicens 'ergo' pro 'autem' vel pro assumptionis initio. Quod sic probatur a parte. Si praedicari de plu/ribus separat genus ab his quae de uno solo dicuntur, et descriptio generis. Inter / partem et totum. Est enim praedicari de pluribus pars desc'r'ptionis generis. Sed praedica/ri de pluribus separat genus ab his quae de uno solo dicuntur.

Quo probato, probat / aliam partem a partibus sic: utrum descriptio generis separet genus ab his quae / de pluribus dicuntur. Omnia dicta de pluribus praeter genus sunt `ut` species, differentia, proprium, / commune accidens. Sed descriptio generis separat genus a speciebus, proprio, dif/ferenti`a`, communi accidente. Ergo descriptio generis separat genus ab his / quae de pluribus praedicantur.

Sed primum assumptio per singulas probatur partes. / Si praedicari de differentibus specie separat genus a speciebus, et descrip/tio generis. Sed praedicari de differentibus specie separat genus a speciebus, quod sic / dicit: **quoniam species etsi de pluribus praedicantur** etc (7.11). Ergo descriptio generis / separat genus a speciebus. A parte descriptionis.

Utrum vero species de differentibus specie praedicentur. Quod negavit, dicendo ab illis per hoc separari / genus, <et> probat a repugnanti sic. Si de differentibus numero tantum, non / de differentibus specie. Sed de differentibus numero species praedicatur, / quod sic dicit: **non de differentibus specie, sed numero** (7.12). Species igitur non praedicantur / de differentibus specie.

Cuius syllogismi sic probatur assumptio, a parte. / Si homo praedicatur de differentibus numero, et species; sed homo; ergo / species. Et utrum homo. Sic. Si homo praedicatur de Socrate et Platone, et de differentibus numero; sed homo praedicatur de Socrate et Platone, et hoc quod dicit: / **homo enim de Socrate** etc (7.13); ergo homo praedicatur de differentibus numero. / A partibus.

Sic igitur probato quoniam species non praedicantur de differentibus specie, / affirmando probat de genere a parte sic. Si animal, et genus; sed animal; ergo / genus praedicatur de differentibus specie. Et utrum animal. A partibus sic. / Si animal praedicatur de homine et bove, et de differentibus specie; sed animal praedicatur de homine et de bove, quod sic dicit: **animal enim de homine et bove** / et reliqua (7.14); ergo animal praedicatur de differentibus specie.

Quibus omnibus sic / probatis, probat quod descriptio generis⁷ genus separat a proprio, a parte descriptionis. Si praedicari de differentibus specie separat genus a proprio, tunc descriptio generis. Sed praedicari de differentibus specie separat genus a proprio, quod sic / aequipollenter dicit: **quoniam proprium de una sola specie praedicatur et quibusdam interpositis, genus non de una sed pluribus** (7.17). Ergo descriptio generis separat genus / a proprio.

Utrum vero proprium de una specie sola praedicetur. Sic. Probat a parte. / Si risibile, et proprium; sed risibile; ergo proprium. Et utrum risibile. A parte speciei et individuorum. Si risibile de homine et particularibus hominibus praedicatur, / tunc de specie et individuis; sed risibile de homine et particularibus hominibus, quod sic dicit: / **risibile [enim] de homine** etc (7.19); ergo risibile praedicatur de specie et individuis.

His quoque sic / probatis, probat quod descriptio generis separat genus a differentia et communiter accidente, uno argumento sic a parte. Si praedicari in eo quod quid separat genus a differentia et communiter accidente, tunc descriptio generis separat genus ab illis. Sed praedicari in eo quod quid separat genus a differentia et communiter accidente, quod sic / aequipollenter ait, dicens genus differre **a differentia et communiter accidente** (7.21). /

Quod vero ea in eo quod quid praedicari negavit, a repugnanti sic

⁷ generis] gen(us) erit C

probat. Si praedicantur / in eo quod quale, tunc non in eo quod quid. Sunt enim contraria in eo quod quid et non, sub / quo in eo quod quale et cetera quae repugnant ad in eo quod quid [et non]. <Sed ea> praedicantur / in eo quod quale, quod sic ait: **non in eo quod quid, sed in eo quod quale** (7.24). Ergo differen/tia et communiter accidens non praedicantur in eo quod quid.

Et utrum in eo quod quale. / Sic. Probat ab auctoritate secundum usum, quod sic ait **interrogantibus enim dici/mus** etc (8.1). Et utrum dicamus haec in eo quod quale praedicari. Probat a partibus sic. / Quia dicimus praedicari rationale de homine in eo quod quale, et nigrum de corvo; / quod sic ait: **interrogati enim qualis est homo** etc (8.3). Sed rationale est differentia / et nigrum accidens, quod sic iterum ait: **est autem rationale** etc (8.5). Ergo dicimus / differentiam et communiter accidens in eo quod quale praedicari.

His vero ablata / praedicatione in eo quod quid, dat ipsam generi, a partibus sic. Qu`i`a`animal de homine / in eo quod quid, quod sic ait: **quando autem quid est homo** etc (8.6). Sed animal est / genus hominis, quod sic iterum ait: **erat autem hominis** etc (8.7). Ergo genus praedicatur in eo / quod quid.

Quibus omnibus probatis et brevi epilogo repetitis sic: **quare de / pluribus** etc (8.8), ~~lucidatis causa duas syllogismi praemissas enuntiationes / est aperire consilium, ut tertia conclusio harum praesentia progrediatur.~~ Hae autem / sunt: Omnia quae dicuntur aut de uno solo aut de pluribus, sed descriptio generis / separat genus ab his quae dicuntur de uno solo et ab his quae de pluribus. Quae / omnia sunt superius probata, unde descendit haec conclusio: ergo descriptio / generis separat genus ab omnibus aliis. A speciebus.

Superius autem diximus, si de/scriptio generis separat genus ab omnibus aliis, quod nihil continet superfluum. / Inter repugnantia. Quod autem separat, probatum est. Nihil igitur superfluum / continet generis dicta descriptio. Quod vero **minus** ait (8.16), hoc ut dixi, quia <quod> patet, / ex collegio infert⁸. /

<De specie>

Probata itaque priori parte propositae ratio/nis, ad alteram, hoc est ad speciem, descendit.

Unde sic disposita / quaestione: utrum species simpliciter dicatur. Sic repugnans appo/nitur ratio. Si species dicitur dupliciter, non dicitur simpliciter; sed dicitur dupliciter; |91v| ergo non dicitur simpliciter.

Utum autem dicatur dupliciter. A repugnanti sic probatur. / Si

⁸ infert] infret C

species dicitur de forma uniuscuiusque et dicitur de ea quae est sub philosophico genere, tunc dicitur dupliciter. Sed dicitur de uniuscuiusque forma, et dicitur de ea quae est sub genere; quod sic dicit: **species autem / dicitur quidem et de forma** (8.17), **dicitur autem species quae est sub assignato genere** (8.19). Ergo species dicitur dupliciter. / Quod vero dicit **secundum quam et dictum est** etc (8.18), expositio tantum quae id quod in usu esse / praeterito⁹ confirmavit, per **dicitur** hoc in praesenti fuisse ostendit.

Quo sic ostenso, utrum / species dicatur ea quae est sub assignato genere. Sic. Probatur, et a partibus positorum sub / genere et generis. Si¹⁰ homo dicitur species animalis et album coloris et triangulum figurae, tunc / species dicitur quod est sub assignato genere. Sed `homo` est species animalis et album coloris et triangulum figurae, quod sic dicit: **secundum quam solemus dicere hominem** etc (8.20). Ergo species dicitur / quae est sub assignato genere.

Utrum vero homo sit species animalis. A relativis sic probat. Si / animal est genus hominis, quod sic interponit dicens: **cum sit genus animal** (8.21), <homo est species animalis; sed hoc est; ergo homo est species animalis>.

Quia vero cum / singulatim de specie loqui hic debet, cur generis fecit mentionem, posset quis quaerere, tali / per similitudinem antipophora a culpa se eximit, quia cum speciei meminerit trac/tando de genere, generis quoque mentionem speciem definiendo facere non est indebitum. / Et hoc est quod dicit: **quodsi etiam genus assignantes** etc (8.22). Sed ne cum ipso crimine de/fensio quoque criminosa videretur, ut et genus per se solum non per speciem, speciem quoque per se non / per genus esset definienda, hoc esse debere locali a toto comprobatur antipophora. / Genus namque et species relativa sunt, quod sic dicit: **nosse autem oportet** etc (9.1). Sed omnium / relativorum alterum per alterum vice versa definiendum est. Ergo genus per speciem, species / est per genus definienda; quod sic aequipolenter concludit: **idcirco necesse est** etc (9.2). /

Sic igitur hac alterna positione probata, alias speciei definitiones tali exequitur / dictione: **assignant ergo et sic speciem** (9.3). Ubi ergo vel principium definitionum notat / sequentium, vel quia probata sit praedicta defini`ti`o, ceteras exequi recte se posse designat: **Species est quod ponitur sub genere, et de qua genus** etc (9.4).

Amplius autem sic quoque subau/dis assignant: **species est quod de pluribus et differentibus numero** etc (9.6). Ubi `tantum` / debere

⁹ praeterito ... praesenti] p(rae)senti ... p(rae)terito sic C

¹⁰ Si] S(ed) C

intellegi, sequens ostendet ratio.

Tribus itaque datis speciei definitio/nibus, adversativa coniunctione diversis dividit speciebus, ubi recte **sed** (9.7) posuit ad/versativum. Est enim longe diversa admixtioni disiunctio, ut si `cum` dixissem / `vobis omnibus haec dabo`, recte postea `sed` ponerem, dicens `sed huic istum, illi vero / illud`. Cum enim vos prius in dando admiscuissem, post in disponendo disiunge/rem. Huic vero similiter Porphyrius ait: **sed haec quidem assignatio specialissimae / est, aliae vero etiam non specialissimarum** (9.7). Cum enim superius in assignationibus dan/dis philosophicam speciem generaliter communiterque sumpsisset¹¹, hic in dispositio/ne earum et illas disiungit¹² et species.

Per hoc autem quod illam tantum specialissimae / dicit convenire, `in` ipsa et `i`am differentibus numero tantum intellegi debere / cognoscimus. Nisi hoc ita sit, non tantum specialissimis, verum etiam subalternis |92r| competeret, quae non solum de differentibus numero sed specie etiam praedicantur. /

Utrum autem ipsa conveniat specialissimae. Sic. Probat a definitione. Si convenit / illi qui solum speices est, tunc convenit specialissimae. Inter definitionem et definitum. / Maxima propositio: quod convenit definitioni, et definito. Sed illi convenit quae solum¹³ species est, quod sic / dixit: **et quae solum species est** (9.8). Ergo convenit specialissimae.

Quod autem specialissima et / non specialissima ponit, usque hic non dicta planum fore <in> unoquoque praedicamento promit/tit sic: **planum autem** (9.10), ~~sub unoquoque praedicamento punctandum~~. Cuius talis sequitur expla/natio: **sunt quaedam generalissima** etc (9.11).

Utrum vero generalissimum in unoquoque sit praedicamen/to. Sic. A definitione probat. Generalissimum est super quod non est aliud genus, quod sic ait: / **est autem** etc (9.12); sed in unoquoque praedicamento est illud cui non supervenit aliud genus; / ergo generalissimum est in unoquoque praedicamento.

Et utrum specialissimum. Per eundem sic / probat locum. Specialissima est post quod non est inferior species; sed tale est in unoquoque praedica/mento; ergo specialissimum.

Et utrum alia sint inter generalissimum et specialissimum. Sic. Probat / a partibus aliorum. Si¹⁴ inter generalissimum et specialissimum sunt eadem genera et species, tunc alia; / sed sunt eadem

11 sumpsisset] su(n)siss& C

12 disiungit] disiuncgit C

13 solv(m)] sola(m) a.c. C

14 Si] S(ed) C

genera et species, quod sic ait: **inter generalissimum** etc (9.15); ergo inter generalissimi/mum et specialissimum sunt alia.

Cuius expositio est ad aliud sumpta. **Sit autem in uno / praedicamento manifestum quod dicitur. Substantia est** etc (9.18).

Utrum substantia sit genera/lissimum. Sic. Probat a definitione. Si solum genus est, generalissimum <est>; sed solum / genus est, quod sic ait: **et quod genus sit solum** (9.23); ergo substantia generalissimum est.

Et / utrum homo sit specialissimum. Per eundem probat locum. Si solum species est, specialissimum <est>; / sed solum `est` species, quod sic ait: **et quod species sit solum** (9.24); ergo homo est specialissimum.

Corpus / vero species est etc (9.24). «.....».

Homo vero species est, non etiam genus (10.4). Quod sic, a `re`pugnanti probat. Si / solum species est, non est genus; sed solum species est, quod sic ait: **sed solum species** (10.5); ergo homo / non est genus.

Et utrum sit solum species. A genere. Omne quod individuus est proximum, omnium / est solum species, quod sic ait: **et omne quod ante** etc (10.6); sed homo proximum individuus; igitur / homo «est solum species» †

«-----» † **erit sola species et ultima** etc (10.12) Effexegesis¹⁵.

Quam conclusionem posuit, si bene / consideres, cum adiunctione alterius loci, unde quoque rata constat conclusio. Quod / sic expolitur. Si substantia generalissima est, quod est suprema et quod genus non habet / sub se, sic homo erit sola species, quod post eam non est inferior species; sed substantia est / generalissimum, cum sit suprema; igitur homo erit sola species, cum non habeat speciem / inferiorem sub se. Et hoc est, quod sic simul proponit **quemadmodum igitur** etc (10.8). /

Utrum autem substantia sit suprema. A definitione sic probatur. Omne supra quod / nihil est, supremum est; sed supra substantiam nihil est, quod sic ait: **eo quod nihil sit / supra eam** (10.8); ergo substantia suprema est.

Utrum vero post hominem sit species. Sic. Probatur a genere. / Omnis species dividua est; sed nullum dividuum est post hominem, quod sic ait: **neque aliquid / eorum quae possunt dividi** (10.10); ergo post hominem non est species.

Et utrum aliquod dividuum sit / post hominem. Non esse sic

¹⁵ effexegesis] effexesis *a.c. C*

probat a contrariis. Si solum individua¹⁶, tunc nullum dividuum; |92v| **sed solum individua**¹⁷, quod idem ait; ergo post hominem nullum est dividuum.

Omisso / vero solum individua esse post hominem, sic a partibus probat. Socrates et Plato sunt indivi/dua, quod sic ait: **Individua enim sunt** etc (10.11); sed Socrates et Plato sunt post hominem; / ergo post hominem sunt individua. Executio.

Quae vero sunt in medio (10.13), et posteriorum sunt genera et / superiorum species. Unde et per enthymema sic infert. **Quare haec habent duas habitudi/nes** (10.15).

Quod ex subita illatione putans fore obscurum, eundem ex quo intulit repetit / locum sic. Si habent eam quae est ad superiora et eam quae est ad posteriora, tunc habent duas; / sed habent eam quae est ad superiora et eam quae est ad posteriora, quod sic repetens ait: **eam / quae est** etc (10.16); ergo quae sunt in medio, habent duas habitudines. A partibus duarum habitudinum.

Extrema vero unam habent habitudinem (10.18). Quod sic probat a partibus ex/tremorum. Si generalissimum et specialissimum habent unam habitudinem, tunc extrema; / sed generalissimum et specialissimum; ergo extrema.

Quae utraque sic divisa probantur. / Si generalissimum habet habitudinem ad posteriora, tunc habet tantum unam habitudinem; / sed habet se ad posteriora, quod sic ait: **nam `et` generalissimum ad ea quae posteriora sunt habet / habitudinem** (10.19); sed tantum; ergo generalissimum habet tantum unam habitudinem. A par/te unius, cum sit genus omnium expositio habitudinum.

Utrum vero tantum eam quae est ad poste/riora habeat. Ab immediato sic probat. Aut tantum ad posteriora aut aliam quae est / ad superiora; sed non habet aliam ad superiora; ergo tantum habet eam quae est ad posteriora. /

Et utrum ad superiora. A repugnanti. Si est supremum et primum principium, non habet se ad / superiora. Inter repugnantia; sunt enim contraria habere ad superiora et non, sub quo est / supremum esse, quod repugnat habere ad superiora. Sed generalissimum est supremum, quod sic ait: / **cum sit** etc (11.1). Ergo generalissimum non habet habitudinem ad superiora.

Et utrum specia/lissimum. Si specialissimum habet se tantum ad superiora, tunc habet tantum unam habi/tudinem; sed tantum eam quae

¹⁶ indiuidua sic C, sed fortasse individuorum legendum?

¹⁷ indiuidua sic C, sed Porphyrius legit individuorum

est ad superiora, quod sic ait: **specialissimum autem** etc (11.1); ergo habet unam tantum habitudinem.

Et utrum tantum ad superiora. Ab / immediato. Aut eam tantum aut aliam ad posteriora; sed non habet aliam ad posteriora, / quod sic ait: **eam vero quae est ad posteriora** etc (11.3); ergo specialissimum habet tantum ad supe/riora.

Cum vero neget habere ad posteriora, licet ad individua se habeat, ne quis / sibi obsistat, intellectum tali exponit antipophora: **sed etiam species indivi/duorum dicitur** etc (11.4).

Quibus sic explicatis, in definitionem ingreditur generalissimi, sic. **Assignant(!) ergo** etc (11.7). Ubi ergo notat principium vel ex debita mentionis causa / descendit. **Specialissimum vero** etc (11.9).

Ea vero quae sunt in medio extremorum, subalterna / vocantur (11.12). Quod sic a definitione probatur. Si sunt genera et species, tunc sunt subalterna; / sed quae sunt in medio, sunt genera et species; ergo quae in medio sunt extremorum, subalterna / vocantur.

Quod vero sequitur **et unumquodque** etc (11.13), est expositio ad id quod dixit ea / esse genera et species. Quod idem postea, scilicet quod quae in medio sunt extremorum genera / sunt et species, a partibus extremorum sic probat. Si quae sunt inter generalissimum et **[93r]** specialissimum sunt genera et species, tunc ea quae sunt in medio extremorum; sunt enim partes extre/morum generalissimum et specialissimum. Sed quae sunt inter generalissimum et specialissimum, sunt genera et / species; quod sic ait: **ea vero quae sunt ante specialissima usque ad generalissimum** etc (11.15). Ergo / quae sunt in medio extremorum, sunt genera et species.

Ad quorum similitudinem hoc affert: / **ut Agamemnon Atrides** etc (11.17). Sed ne propter datam similitudinem alicui non specu/lanti subtiliter in utrisque omnis essentiae identitas videretur, tali per adversativam / particulam removet antipophora: **sed in familiis** etc (11.18). Quod est dicere: familiae / quidem generibus et speciebus in habitudine superius dicta¹⁸ similes, sed in quodam dissimiles; / ipsae enim **reducuntur ad unum principium** (11.18), **in generibus autem et speciebus non se sic habet** (11.19). /

Unde sic disposita quaestione, scilicet utrum genera et species ad unum reducantur prin/cipium, id est genus. A maiori sic parte probatur. Si ad unum genus ens, de quo maxime vi/detur, non reducuntur, nec ad unum genus. Maxima propositio: si quod magis fere omnibus videtur / non est, nec quod minus videtur erit. Sed omnia non reducuntur ad ens

¹⁸ dicta] dicti(?) a.c. C

genus, quod sic ait: / **neque enim ens est unum commune genus omnium nec omnia** etc (11.20). Ergo genera omnia et / species non reducuntur ad unum primum genus.

Cuius assumptione ab auctoritate probata sic: **quemadmodum dicit Aristoteles** (11.22). Rursus a repugnanti sic probat. Si reducuntur ad decem prima genera, non reducuntur ad 'ens' solum genus. Sed omnia genera et species / reducuntur ad decem prima genera, quod sic aequipollenter ait **sed sunt posita decem prima / genera quasi decem prima principia** (11.22); est enim aequipollens decem genera esse omnium et / omnia reduci ad decem genera. Quod idem ab auctoritate sic probat: **quemadmodum / in Praedicamentis** (11.22). Ergo omnia non reducuntur ad unum genus 'ens'.

Quod sic probatum, alio loco a genere in sequenti probat, ubi vel in principio / non disiungit¹⁹, sed priora argumenta sequentibus adiungit. Si ens esset commune / genus omnium, tunc praedicaretur de omnibus univoce; quod in ordine secundo non multum / curans ordinem syllogismi, sic ponit: **si enim unum** etc (12.3). Sed ens non praedicatur univoce / de omnibus; quod sic proponens ~~postera~~²⁰ cum 'vel' praedicta²¹ particula dicit: **vel si omnia quis** / etc (12.2). Ergo ens non est genus omnium.

Unde ~~abest genus sicut~~ ab²² ente univoce praedicatum esse / ~~et species hoc est genus~~. Est enim genus <et> species univoce praedicari.

Quod vero univoce non, a repugnanti sic probat. Si aequivoce, tunc non univoce. Sunt enim contraria univoce et non, sub quo / aequivoce repugnat univoce. Sed ens praedicatur aequivoce, quod sic proponens ait: **aequivoce nuncupabit** (12.2), et idem probat ab auctoritate per: **inquit** (12.2). Ergo ens non praedicatur univoce.

Illud vero, id est aequivoce, rursus probat a definitione. Quicquid nomine solo et non ratione / definitionis praedicatur, aequivoce praedicatur. Sed ens praedicatur de omnibus solo nomine et non ratione definitionis, quod sic aequipollenter ait: **cum enim decem sint communio** est illis / **secundum solum nomen** entis (12.4). Est enim aequipollens illis esse communionem secundum solum nomen entis / et ens praedicari de illis solo nomine. Ergo ens aequivoce praedicatur.

Sic ergo illa adversariorum / ratione destructa, quae dicebat ens omnium genus esse, suam quasi constantem infert [93v](#) sic: **decem quidem generalissima sunt, specialissima vero sunt in quodam**

¹⁹ disiungit] disiungit C

²⁰ lectio incerta, p(ost)tera C

²¹ praedicta particula] p(rae)dicta(m) particula(m) a.c. C

²² ab ente] habente a.c. C

numero (12.7).

Sed ne quia per infinita/tis particulam, id est **quodam** (12.8), numerum dixit eorum, quis infinitum putet, removendo sic pergit. / Licet per infinitam particulam numerum dixerim, **non sunt tamen** in numero **infinito** (12.8). / Illorum enim numerus, quamvis nostrae non subiacet rationi, naturae tamen sic certus inhaeret, / ut nunquam augmentum vel minutionem sumendo tum plura tum pauciora consistant. /

Individua²³ **vero infinita sunt** (9.8). Illa vero²⁴ cum propter pluralitatem nostram effugiant rationem, / summe etiam incerta tum augmentum tum minutionem oriendo vel occidendo sumen/tia constant. Quam propter infinitatem ab illorum divisione **iubet Plato quiescere, descen/dere autem per media dividentem specificis differentiis.**

Infinita vero id est individua **relinquenda** id est numeranda **non sunt** (12.12). Si numeri eorum scientia²⁵ esse non potest, nume/randa non sunt. Omnia enim numerantur propter scientiam numeri. Maxima propositio: unde abest finalis causa, et hoc quod fit pro ea. Sed eorum non potest scientia vel disciplina, quod sic / ait: **neque enim** etc (12.12). Ergo indefinita et individua relinquenda, id est non numeran/da sunt.

Descendentibus igitur etc (12.13). Hic igitur repetitionis designat principium, ut nexu / convenienti sibi quod sequitur iungat²⁶, sic: **Ascendentibus**²⁷ **vero** etc (12.14). Unde sic / disposita quaestione utrum ascendens colligat multitudinem. A partibus multitu/dinis probat sic. Ascendens colligit speciem et genus; sed species et genus sunt multitu/do; ergo ascendens ad generalissimum colligit multitudinem. Cuius assumptio sic / probat a definitione. Quicquid est collectivum multorum, est multitudo; sed / species et genus sunt collectiva multorum, quod sic ait: **collectivum enim** etc (12.15). ~~Execu/tio est.~~

Particularia vero (12.17). Ubi recte **e contrario** ait. Sunt enim contraria spargere / et colligere.

Utum vero species sit collectiva multorum. Sic. Probat a parte speciei et / multorum. Si homo colligit plures homines, tunc species est collectiva multorum. / Sed homo colligit plures homines, quod sic aequipollenter ait: **participatione speciei plu/res homines fiunt unus** (12.18), quod est sic dicere: unus homo species plures homines col/ligit. Ergo species est collectiva multorum.

²³ individua] in diu C

²⁴ u(ero)] enim a.c. C

²⁵ scientia] sciencia C

²⁶ iungat] iuncgat C

²⁷ Ascendentibus] A descendentib(us) C

Utrum particularia dividant, a partibus / particularium. Si particulares homines dividunt unum hominem, tunc particu/laria dividunt quod est unum. Sed particulares homines dividunt unum hominem, quod sic ait / **particularibus autem** etc (12.19). Ergo particulares dividunt quod est unum.

Et utrum particula/res `homines´. A toto. Omne **singulare est divisivum**²⁸ (12.20) hoc est dividit, quod idem ait; sed particu/lares homines singulares; ergo particulares homines dividunt.

Et utrum genus, de quo cum / specie, dixit collectivum sit. A toto. Omne **commune est collectivum**, quod idem ait (12.20); / sed genus est commune; ergo genus est collectivum multorum.

Assignato autem genere / et specie (12.22). Genus semper de specie praedicatur. De cuius quadam interpositione sic disposita quaes/tione: utrum genus habeat plures species. Probat ab effectis. Si dividitur in plu/res species, tunc habet plures species; est enim dividere effectum habere. Sed genus / dividitur in plures species, quod sic ait: **semper enim in plures species divisio generis est** (13.1). **[94r]** Ergo genus habet plures species.

Species autem non praedicatur de genere. Quod sic probatur. Si cum genus / praedicatur de `specie´, praedicaretur species de genere, tunc converteretur. Sed non convertitur, quod sic ait: **neque enim / convertitur** (13.5). Ergo species non praedicatur de genere. Maxima propositio: unde abest duale totum, inde eius aliqua / pars.

Quia vero praedicationis fecerat mentionem, eius divisionem non indebito iure sic / aperit: **oportet autem** etc (13.5).

Utrum aequa praedicentur de aequis. A partibus. Si hinnibile / de equo, tunc equum de equo; sed hinnibile de equo; ergo equum de equo.

Et utrum maiora / de minoribus. Per eundem probat locum. Si animal de homine, tunc maius de²⁹ minore; sed **animal / de homine**, quod ait (13.6); ergo maius de minore.

Minora vero de maioribus minime (13.7). Si homo non praedicatur de animali, nec minus de maiori. Sed homo non praedicatur de animali, quod sic ait: / **neque enim animal dicis esse hominem quemadmodum** etc (13.7). Ubi **quemadmodum** summopere / notandum est. Quod enim superius minora non praedicari de maioribus dicendo praetermisit, / hic in dando exemplo apponit. Si enim simpliciter hominem de animali praedicari nega/ret, hoc utique falsum

²⁸ divisivum] diuisiuiuum C

²⁹ de] a C

esset, cum indefinite vel particulariter praedicetur. Quocirca / hunc apposuit modum. Cum enim animal de homine praedicetur per universaliter, qui est in proposi/tionibus modus, non sic homo de animali. Ergo minus non praedicatur de maiori. Sed species quidem / individuorum ~~eam quae est ad superiora quorum est species.~~

De quibus autem species praedicatur, / de his genus speciei et genus generis usque ad generalissimum (13.9). Quod sic a quadruplici parte, / horum scilicet una de quibus praedicatur, et altera speciei, tertia generis speciei, quarta generis / generis, probatur. Si de Socrate, de quo praedicatur homo species, praedicatur animal genus hominis et sub/stantia genus animalis, tunc de quo praedicatur species, de eo praedicatur genus speciei et genus / generis usque ad generalissimum. Sed de Socrate, de quo praedicatur homo species, praedicatur animal / genus hominis et substantia genus animalis; quod sic ait: **si enim verum est** etc (13.11), ubi / **si** non conditionale sed indicativum comitans affirmativum. Ergo de quo praedicatur species, / de eo praedicatur genus speciei et genus generis usque ad generalissimum.

Et utrum animal et substan/tia de Socrate praedicentur. A toto. **Omnia superiora praedicantur de inferioribus**, quod ait (13.3); / sed animal et substantia sunt superiora Socrate; ergo animal et substantia praedi/cantur de Socrate.

Et utrum superiora de inferioribus. A partibus utrorumque. Omnia / superiora aut sunt species ad individua, aut genus ad speciem et individua, aut genera/lissimum ad genus et species et individua. Sed, inquit (13.15), species praedicatur³⁰ de individuis, / et genus de speciebus³¹ et individuis, et generalissimum de generibus et speciebus et indivi/duis. Ergo omnia superiora de infeioribus praedicantur.

Et utrum generalissimum praedicetur. / A transumpto. Si dicitur, praedicatur; sed dicitur, quod sic ait: **dicitur enim** etc (13.17); ergo generalis/simum praedicatur.

Genus autem etc (13.19), **solum autem species** etc (13.20), **individuum de uno solo / particulari** (13.21).

Et utrum individuum praedicetur de uno solo particulari. A par/te utriusque. Si Socrates praedicatur de hoc albo et hoc veniente et Sophronisci / filio, tunc individuum de uno solo particulari; ~~est enim~~ Socrates indivi/duum et hoc album particulare. Sed Socrates praedicatur de hoc albo et ceteris³². |94v| Ergo individuum praedicatur

³⁰ praedicatur] p(rae)dica[n]t(ur) C

³¹ speciebus] sp(eci)eib; C

³² ceteris] c(e)t(er)a C

de uno solo particulari.

Utrum Socrates sit individuum. / A specie. Quaecumque constant ex proprietatibus quarum collectio non est eadem in alio indivi/duo³³; quod sic ait, ordine converso: **individua `enim(!)`** etc (13.24). Sed Socrates constat ex proprietatibus quae `non` sunt eadem in alio, quod sic ait: **Socratis autem(!) proprietates** etc (14.2). Ergo Socrates est individuum.

Hae vero quae sunt hominis etc (14.3).

Conetinetur igitur individuum sub specie, species / autem sub genere (14.7). Hic igitur vel epilogi notat initium³⁴, vel illationem a toto quod omnia / de quibus aliqua maiora dicuntur ut species de individuis et genus de speciebus, sub illis / continentur maioribus. Quorum singula rursus sic probat. Si genus est totum speciei, cum omnia / sub totis continentur suis, tunc species sub genere; sed genus est <totum> speciei, quod sic ait: **totum enim / quiddam est genus** (14.8); ergo species continentur sub genere.

Et utrum individuum sub specie. Ab eodem / loco, id est a toto, probat. Omnis pars continentur sub eo cuius³⁵ pars est; sed **individuum est pars / speciei**, quod idem ait (14.8); igitur individuum continentur sub specie. Et utrum individuum sit pars speciei. / A relativis. Si species est totum eius, tunc individuum est sua pars; sed species est eius totum, quod / sic ait: **species vero et totum est** (14.9); ergo individuum est pars speciei.

Et utrum genus sit totum speciei. / Ab eodem³⁶ loco sic probat. Si species est eius pars, tunc genus est suum totum; sed species generis / pars, quod sic ait: **et pars est scilicet species** (14.9); ergo genus est totum speciei. **Expositio.**

Sed pars / quidem alterius, totum autem non alterius id est unius tantum (14.9). Quod a contrario probat. Si est totum multorum, / tunc est unius tantum; sunt enim contraria unius tantum et multorum. Sed est totum multorum, quod sic / ait: **sed aliis** (14.10); ergo species non `est` totum unius tantum.

Et utrum multorum. Partium enim totum est, quod / per dativum ait (14.10); sed partes eius multae sunt; ergo species est totum multorum.

Et de binario ista / sufficient.

<De differentia>

³³ individuo] indiuidua *ut videtur* C

³⁴ initium] inniciu(m) C

³⁵ cuius + [cui(us)] C

³⁶ eodem + [p(ro)bat] C

Quinarii quidem iam duabus partibus / explicatis, sequentis ternarii differentiam primum³⁷ dividendo persequitur, sic: **diffe/rentia vero** etc (14.15). Ubi adverbia pro nominativis posuit, sicut 'bene clericus est' pro 'bonus / clericus est'.

Quia divisione sic facta, unamquamque `singulatim´ definit, sic: **communiter** etc (14.16).

Utrum / quod ab altero differt alteritate, differat³⁸ communiter. A parte. Si Socrates diffe/rens a Platone alteritate differt communiter, tunc quod differt alteritate differt ab al/tero communiter; sed Socrates differens a Platone alteritate differt communiter, quod sic / ait: **differt enim Socrates a Platone alteritate** (14.18); ergo quod differt ab altero alteritate, / differt communiter.

Et utrum quod differt alteritate a se, differat communiter. A parte. / Si Socrates differens a se alteritate differt communiter, tunc quod a se differt alteri/tate differt communiter; sed Socrates differens a se alteritate differt communi/ter, quod sic ait: **et ipse a se** (14.19); ergo quod differt a se alteritate, differt communiter.

Et / utrum Socrates differat a se alteritate. A partibus alteritatis. Si Socrates differt / a se pueritia et virilitate et ceteris, tunc differt alteritate a se; sed Socrates / differt a se pueritia et virilitate, quod sic ait: **vel³⁹ puero vel iam viro** (14.19); / ergo Socrates differt a se alteritate.

Secundae sequitur definitio: **proprie autem⁴⁰** etc (14.20). /

Utrum quod differt inseparabili accidente, differat proprie. A partibus inseparabilis accidentis. Si quod differt nasi curvitate, oculorum caecitate, cica/trice, differt proprie, tunc quod differt inseparabili accidente differt proprie. / Sed `quod´ differt nasi curvitate `et ceteris´, differt proprie, cum ipsa sint inseparabilia acciden/tia; quod sic ait: **inseparabile vero accidens** etc (14.22). Ergo quod differt inseparabili / accidente, differt proprie.

Magis proprie autem differre etc (14.24).

Utrum quod differt / specifica differentia⁴¹, differat magis proprie. A parte. Si homo differens ab equo / specifica differentia differt magis proprie, tunc quod differt specifica differentia / differt magis proprie; sed

³⁷ primum] p(ri)ma(m) C

³⁸ differat + [sic] C

³⁹ vel] P(er) q(ua)lia C

⁴⁰ autem] aut C

⁴¹ differentia] diffentia C

homo differens ab equo specifica differentia magis proprie / differt, quod sic ait: **quemadmodum homo** etc (15.1); ergo quod differt specifica differentia, / differt magis proprie.

Utrum homo distat ab equo specifica differentia. A parte. Si distat / rationali qualitate, tunc specifica differentia; sed **homo distat ab equo rationali qualitate**, / quod idem ait (15.1); ergo differt homo ab equo specifica differentia.

Universaliter ergo etc (15.3). / Hic ergo recte ponitur collectivum. Cum enim superius singulas differentias di/viserit, hic omnium illarum collectionem in communitate constituit.

Propter quam / rursus disiunctio sequitur talis: **sed ea quae est** etc (15.4). Unde, id est a partibus ibi / dictis, hoc per enthymema infert. **Differentiarum** ergo <aliae quidem> **alteratum faciunt, aliae vero / aliud** (15.5). Illae quidem nominum attributio. Post vero illativam conclusionem fore timens / obscuram, a partibus sic probat. Rationale in animali facit aliud et movere / solum alteratum, quod sic ait: **animali enim** etc (15.8); sed hae sunt differentiae; unde ipse / sic concludit **quare haec aliud, illa vero alteratum solum facit** (15.10).

Et utrum rationalia/le faciat aliud. A parte alius. Si facit speciem animalis, tunc aliud; sed **facit speciem / animalis**, ut ipse ait (15.9); ergo rationale facit aliud.

Secundum igitur aliud facientes (15.11). / Hic est `igitur` acceptivum. Cum enim superius collegerit differentias, post vero disiunxerit⁴², hic / singulas accipiendo eis disponit officia.

A superioribus ergo rursus etc (15.17). Hic ergo / vel est inceptivum ut ipse ait (15.17); vel quia superiorem divisionem comprobavit, alteram confi/denter ingreditur, sic: **differentiarum alias** etc (15.17).

Utrum differentiarum aliae sint / separabiles, aliae inseparabiles. A partibus utriusque. Si moveri et quiescere / et his proxima sunt separabilia, aquilum et simum et cetera sunt inseparabilia, tunc differentiarum aliae separabiles, aliae inseparabiles sunt; sed hoc est, quod sic ait: **move/ri enim** etc (15.19); ergo differentiarum aliae sunt separabiles, aliae inseparabiles.

In/separabilium autem (15.21). Subdivisio.

Utrum inseparabilium aliae sint per se, aliae / per accidens. A partibus. Si rationale et cetera per se sunt, aquilum vero et cetera per accidens, / tunc differentiarum inseparabilium aliae sunt per se, aliae per

⁴² disiunxerit] disiunxerit C

accidens; sed hoc⁴³, quod sic / ait: **nam rationale `per se`** etc (15.23); ergo differentiarum inseparabilium aliae sunt per se, aliae / per accidens.

Illae igitur quae per se sunt etc (16.1). Ibi est igitur inceptivum, ut superius.

Illae `vero` quae / per se sunt non recipiunt(!) magis et minus, quae vero per accidens recipiunt (16.4).

Utrum quae sunt / per accidens, <recipiant magis et minus>. A maiori parte. Si⁴⁴ inseparabiles per accidens, tunc differentiae⁴⁵ per [95v] accidens; sed hoc⁴⁶ est, quod sic ait: **vel si inseparabiles sint** (16.5); ergo differentiae⁴⁷ per ac/cidens recipiunt magis et minus.

Et utrum differentiae⁴⁸ per se non recipiant. A specie. / Si divisivae⁴⁹ non recipiunt⁵⁰, nec differentiae⁵¹ per se; sed divisivae⁵² non recipiunt magis et / minus.

Et utrum divisivae⁵³ non. Si reciperent magis et minus, tunc praedicarentur magis / et minus. Inter causam et effectum. Sed⁵⁴ non praedicantur magis et minus.

Et utrum praedicentur / magis et minus. Non⁵⁵. Si genus non praedicatur magis et minus, nec differentiae⁵⁶ divisivae generis; / sed genus non praedicatur magis et minus, quod sic ait: **nam neque genus** etc (16.6); ergo divisivae differentiae⁵⁷ / non praedicantur magis et minus. A toto. Est enim genus totum suarum divisivarum diffe/rentiarum. ~~Probatio itaque a specie.~~

Differentias per se non recipere magis et minus / probat rursus a definitione. **Ipsae enim per se sunt quae complent definitionem unius/cuiusque** (16.8); sed quae complent definitionem, non recipiunt magis et minus; ergo differentiae / per se non recipiunt magis et minus.

Et utrum quae complent definitionem, recipiant magis et minus.

43 hoc] h(aec) ut videtur C

44 Si] S(ed) C

45 differentiae] dif f'ert C

46 hoc] h(aec) ut videtur C

47 differentiae] differre C

48 differentiae] differre C

49 divisivae] diuisae C

50 recipiunt] recipiant a.c. C

51 differentiae] differre C

52 divisivae] diuisae C

53 divisivae] diuisae C

54 Sed] Si C

55 Non] .n. C

56 differentiae] differre C

57 differentiae] differre C

Non⁵⁸. Si esse, id est definitio, non recipit, nec illae quae complement esse; sed esse, / id est definitio, non recipit magis et minus, quod sic ait: **esse autem unicuique** etc (16.9); / ergo quae complement definitionem uniuscuiusque non recipiunt magis et minus. A toto. Esse / enim vel definitio totum est in constitutione suarum constituvarum differenti/arum.

Quo probato, probat inseparabiles differentias recipere magis et minus, / ut dixi superius. Si aquilum et simum recipit, tunc inseparabiles differentiae; / sed **aquilum**, inquit, et **simum intenditur et remittitur** (16.11) hoc⁵⁹ est recipit magis et minus; / ergo inseparabiles differentiae recipient magis et minus. A partibus.

Cum igitur / tres species etc (16.13). Hic igitur vel epilogi sic inceptivum, vel a partibus superioribus / probatam signat conclusionem.

Cui aliquid non praedictum per **cum** particulam coniungit, / sic: earum quae per se sunt, aliae sunt divisivae, aliae constitutivae. Quod sic probatur a partibus. Animatum et inanimatum et ceterae omnes per se sunt, quod sic ait: **ut cum per se et/c** (16.18); sed harum aliae sunt divisivae, aliae constitutivae; ergo differentiarum aliae sunt / divisivae generum, aliae constitutiva specierum.

Et utrum harum aliae sint constitu/tivae, aliae divisivae. A partibus harum. Si animatum et sensibile sunt constitu/tivae animalis, mortale vero et immortale et cetera divisiva, tunc harum aliae sunt / constitutivae, aliae divisivae; sed **ea** inquit, **quae est animati et sensibilis est constitu/tiva substantiae animalis, ea vero quae est mortalis et immortalis** et cetera **divisivae / sunt animalis** (16.20); igitur harum aliae sunt constitutivae, aliae divisivae.

Utrum animatum / et sensibile sint constitutivae animalis. **Animal est substantia animata / sensibilis**, quod idem ait (16.22); sed animatum et sensibile constituunt substantiam / animatam sensibilem; ergo constituunt animal. A definitione.

Et utrum ratio/nale et ceterae sint divisivae animalis. **Per eas enim** inquit **genera animalia dividimus** (17.1); / sed omnes, per quas dividuntur genera, divisivae sunt; ergo rationale et ceterae sunt divisivae. / A definitione.

Sed hae quidem etc (17.1). Hic recte posuit **sed**. Cum enim superius [96r] divisivas et constitutivas alias a se dixerit ut sunt in officio, hic ipsas easdem / ut sunt in essentia adversans, recte **sed** posuit. Diversum enim adversatur ad idem.

Quod / sic probatur a partibus. Si rationale et irracionale et

⁵⁸ Non] .n. C

⁵⁹ hoc] h(aec) ut videtur C

ceterae sunt divisivae generum et / constitutivae specierum, tunc eadem sunt divisivae. Sed hoc est. Unde longe re/motam infert sic conclusionem: ergo **eaedem aliquo modo acceptae sunt constitutivae, aliquo modo / acceptae divisivae** (17.11). Cui per **quoniam** (17.11) nexivam particulam hoc adiungit: **specificae omnes vocantur** (17.12).

Et utrum rationale et ceterae sint divisivae generis et constitutivae / specierum. A partibus generis et specierum. Si sunt divisivae animalis et constitutivae hominis et / dei et irrationabilium animalium, tunc sunt divisivae generis et constitutive specierum; / sed hoc est, quod sic ait: **dividitur enim animal** etc (17.3); ergo rationale et ceterae sunt divisivae / generis et constitutivae specierum.

Sic etiam supremae substantiae similis exempli at/tributio. Nunc demum sequitur praedicta conclusio: **quoniam ergo** etc (17.11).

Et his (17.13). Repetita of/ficiorum doctrina. Ne vero per **maxime** (17.13) intellegat quis et aliarum opus esse, removet / sic: **sed non his** etc (17.14).

Quas etiam id est specificas determinantes dicunt: differentia est etc (17.15).

Utum species abundet a genere differentia. A parte speciei et generis et dif/ferentiae. Si homo abundat⁶⁰ ab animalis rationali mortali, tunc species a genere / differentia; sed hoc est; ergo species abundat a genere differentia.

Et utrum homo abundet. / A definitione. Si plus habet, abundat; sed plus habet, quod sic ait: **homo / enim plus habet** etc (17.17); ergo homo abundat.

Et utrum homo plus habeat. A relativo / probat. Si animal minus habet, tunc homo plus habet; sed animal minus habet, quod / dedit intelligere, quia duas negativas particulas **neque nihil** (17.18); ergo homo plus / habet. Omisso vero minus probat habere.

Si species ab ipso habent, tunc et ipsum ani/mal habet. Inter effectum et causam. Species enim ab ipso habere effectum est, / et ipsum habere causa est. Sed species ab ipso habent. Ergo animal habet.

Et utrum / species ab ipso habeant. Aut ab ipso habent aut ex nullo, quod sic ait: **nam / unde habebunt species differentias** (17.18); sed ex nullo aliquid habere non possunt; / ergo species ab animalis habent. Ab immediatis.

Hoc ita probato, quod adversarium posse / obicere cogitabat, sibi ipse opponit, ut aperto compedimenti ligamine solutio libera subsequatur. Satis non est se quemque corrigere quam ab alio corrigi, /

⁶⁰ abundat] habundet a.c. C

et sic ~~contrario secundum hostes quod affirmavit oppugnat~~, solvens in fine ne aliquid / impedimentum obsistat. Si animal habet rationale et mortale, habet oppositas, / id est irrationale et immortale; similiter enim ad utrasque se habet animal. Sed non habet / oppositas, id est irrationale et immortale, quod sic ait: **neque autem oppositas habet** (17.19). Ergo non habet rationale / et mortale. De similibus idem iudicium.

Et utrum animal habeat oppositas. Non. A toto. / Si haberet oppositas differentias, tunc haberet opposita simul in eodem, quod sic / ait: **nam in eodem simul habebit opposita** (17.19); sed non potest habere opposita in eodem; / ergo non habet oppositas differentias, id est irrationale et immortale.

Suae ergo affirmationis adversa|96v|riorum infitiatione apposita, sic eam sibi nil adversari ostendit.

Sed potestate quidem / omnes⁶¹ sub se habet differentias, actu vero nullam, ac sic neque (17.20).

Hoc impedit, ut aliquid / ex nihilo fiat. Quod prius contingebat. Si <enim> animal non haberet, nec species haberent⁶² ab / ipso; si autem ab ipso non haberent, cum ab alio non habeant, tunc ex nullo; et sic / fieret aliquid ex his quae non sunt. Quod iam amplius non erit; habet enim in potestate.

Neque / illud quoque nocebit, quod obici videbatur: in eodem habere opposita, si haberet / oppositas differentias, ubi actum intelligebatur. Quod iam quoque non nocebit. Actu non / habet, potestate autem habere non nocet.

Definiunt autem eam et hoc modo: diffe/rentia est etc (18.3).

Unde sic est quaestio: utrum differentia praedicetur in eo quod quale. / Quae sic probatur a partibus. Si rationale et mortale praedicatur de homine in eo quod / quale, tunc differentia⁶³; sed hoc est, quod sic ait: **rationale animal et mortale** etc (18.5); ergo differentia / praedicatur in eo quod quale.

Sed non in eo quod quid est (18.6). Tantum ostensio diversitatis generis et ipsius. / Quod sic probat de genere, a parte. Si animal, tunc genus; sed animal praedicatur in eo quod quid; / ergo genus praedicatur in eo quod quid.

Et utrum animal. Si convenienter dicitur, tunc praedicatur; sed conve/nienter dicitur, quod sic ait: **‘quid est’ enim <‘homo’> interrogatis nobis, conveniens est dicere ‘animal’** (18.7); / ergo animal

⁶¹ omnes] om(n)is C

⁶² haberent] habent C

⁶³ differentia] differ(unt) C

praedicatur in eo quod quid. A causa. Est enim convenientia praedicandi causa. / Vel a specie. Est enim convenienter dici species praedicandi; eorum enim quae praedicantur, alia / convenienter, alia non.

Et utrum rationale et mortale praedicentur in eo quod quale. Ab auctoritate confirmat, quae quia convenienter esse ostenditur, validior fit, ita: **quale autem / animal inquisiti** etc (18.8).

Probato itaque quod animal in eo quod quid, et rationale et / mortale in eo quod quale praedicantur, probat id idem rursus a toto. Omnis materia praed/catur in eo quod quid, et omnis forma in eo quod quale; sed animal est materia hominis, et / rationale et mortale forma; ergo animal praedicatur de homine in eo quod quid, et rationale et mortale / in eo quod quale.

Et utrum animal sit materia hominis, et rationale et mortale forma. A simili / per proportionem. Quemadmodum se habet aes ad statuam⁶⁴ et figura, sic animal et rationale / et mortale ad hominem; sed aes est materia statucae et figura forma; ergo animal est / materia hominis et rationale et mortale forma.

Quae duo, id est assumptionem et conclusionem, / per **quemadmodum** iuncta, sic ponit: **quemadmodum statua** constat **ex materia aeris** / etc (18.11). Statuam vero constare ex materia aeris est dicere aes esse materiam statucae; et / sic aequipollenter intelliges⁶⁵ cetera. Cum vero dixerit statuam ex aere esse materia, figura / forma, hominem quoque ex animali et ex rationali et mortali, ~~quamvis~~ ex aliqua materia vel forma non / sunt probata constare, nunc demum sic probat a toto. Si omnis res constant ex materia et / forma vel ad similitudinem, tunc statua et homo. Sed, inquit, omnes res constant ex materia / et forma vel habent constitutionem ad similitudinem materiae et formae; quam quia orationem unam cum sequenti volvit facere, per ablativos absolutos sic continuavit dicens: / **rebus enim** etc (18.9). Ergo statua constat ex materia et forma, et homo ad similitudinem materiae et formae.

Superiorem vero similitudinem ad hominem factam a statua, alia tali **[97r]** corroborat similitudine: **totum autem hoc animal rationale mortale homo est, quemadmodum illic statua** (18.14).

Describunt autem et hoc modo: Differentia est quod dividit ea quae / sunt sub eodem genere (18.16). Quod sic probatur a partibus. Si rationale⁶⁶ et irrationale dividunt hominem / et equum quae sunt sub eodem genere, tunc differentia; sed hoc est, quod sic ait: **rationale enim**

⁶⁴ statuam] statura(m) C

⁶⁵ intelliges + [&] C

⁶⁶ rationale et irrationale] risibile & irrisibile C

etc (18.18); / ergo differentia dividit ea quae sunt sub eodem genere.

Et utrum homo et equus sint sub eodem genere. A par/te generis. Si sub animali, tunc sub eodem genere; sed sub animali sunt, quod sic ait: **quod est animal** (18.19); / ergo sunt sub eodem genere.

Describunt et **hoc modo: differentia est qua differunt a se singula** (18.20) scilicet quae / sub eodem genere sunt.

Utum quae sub eodem genere sunt, differant differentia. Ab immediato. / Quicquid differt, aut differentia aut genere; sed, inquit, **secundum genus non differunt** (19.1) quae sunt sub eodem / genere; ergo quae sunt sub eodem genere, differunt differentia.

Et utrum quae sunt sub eodem genere, differant / secundum genus. Non. A partibus. Si nos et irrationabilia animalia non differimus secundum / mortale animal, `tunc´ quae sunt sub eodem genere non differunt secundum genus; sed nos et irrationabilia / non differimus secundum mortale animal; ergo quae sunt sub eodem genere, non differunt secundum genus.

Et / utrum nos et irrationabilia animalia differamus secundum mortale animal. Non. A repug/nanti. Si nos et illa sumus mortalia animalia, non differimus secundum illud. Sunt enim contra/ria nos et illa idem⁶⁷ esse, id est non differre, sub quo est nos et illa idem <secundum> illud / esse, repugnans ad differre secundum illud. Sed **nos** inquit (19.1) **et irrationabilia animalia sumus / mortalia animalia**. Ergo nos et irrationabilia animalia non differimus secundum mortale animal. /

Et utrum quae sunt sub eodem genere, differant differentia. A partibus. Si nos et irrationabilia ani/malia differimus per rationale, tunc quae sunt sub eodem genere differunt differentia. Sed nos et irrationabilia / animalia differimus per rationale, quod sic aequipollenter ait: **sed additum rationabile disiunxit nos ab / illis** (19.2). Est enim aequipollens rationabile disiungere nos ab illis, id est irrationabilibus, et nos et / irrationa`bi`lia differre per rationale. Ergo quae sunt sub eodem <genere>, differunt differentia.

Rationales autem / etc (19.3). Similis est exempli attributio.

Interius autem perscrutantes et speculantes differentiam / dicunt non esse differrentiam quodlibet dividendum ea(!) quae sunt sub eodem genere (19.5).

Unde non bo/na esse ostenditur superior definitio. Quippe si esset bona, et converti deberet sic: / omnis differentia dividit ea quae sunt sub eodem genere, et quicquid dividit ea quae sunt sub / eodem

⁶⁷ idem esse] differre s(e)c(un)d(u)m illud C

genere est differentia. Quae pars conversionis sic falsa probatur. Si aptum natum navigare / non est differentia, tunc quodlibet dividens ea quae sunt sub eodem genere non est differentia. Sed hoc est, / quod sic ait: **neque enim aptum natum navigare** etc (19.8), cum ipsum sit dividens ea quae / sunt sub eodem genere. Ergo quodlibet dividens ea quae sunt sub eodem genere, non est differentia. A parte.

Et utrum aptum natum navigare dividat ea quae sunt sub eodem genere. A par/te. Si dividit quae sunt sub animali, tunc dividit quae sunt sub eodem genere; sed dividit quae / sunt sub animali, quod sic ab auctoritate confirmat per **dicimus: dicimus enim animalium** / etc (19.10). Ergo aptum natum navigare dividit quae sunt sub eodem genere.

Quod vero ipsum non est / differentia, sic probat, definiti'ionem auferendo. Si aptum natum navigare non est comple/tivum substantiae nec eius pars, tunc non est differentia. Sed hoc est, quod sic ait: **sed aptum natum** |97v| etc (19.11). Idcirco, inquit (19.13), aptum natum navigare **non est differentia talis quales sunt quae specificae / dicuntur**⁶⁸, ad determinationem apponit; potest enim qualiscumque esse differentia.

Erunt igitur specificae differentiae / quaecumque etc (19.14). Hic **igitur** vel est finale, vel quia quod differentia non est ostendit, nunc demum quod sit consequens / est ostendere.

Et de differentiis quidem ista sufficiunt (19.17).

<De proprio>

Proprium vero quadrifariam dividitur (19.18). Quod sic a partibus liquet. Si proprium dicitur quod soli alicui speciei etsi non omni, et quod omni etsi non / soli, et quod omni et soli et aliquando, et quod omni et soli et semper, tunc dicitur quadrifariam; sed hoc est, quod / sic ait: **nam et id quod soli** etc (19.18); ergo proprium dividitur quadrifariam.

Utrum quod soli et non omni / accidit, sit proprium. A partibus. Si medicum esse vel⁶⁹ geometrem est proprium homini, tunc quod accidit soli / et non omni est proprium; sed hoc est, quod sic ait: **ut homini medicum esse** etc (19.19); ergo quod accidit soli et non omni, / est proprium.

Et utrum quod omni et non soli <accidit>, sit proprium. A partibus. Si bipedem esse est proprium homini, tunc quod omni / et non soli accidit est proprium; sed hoc est, quod sic ait: **ut(!) homini bipedem**

⁶⁸ dicuntur] d(icu)nt C

⁶⁹ vel] ul C

(19.21); ergo quod omni et non soli accidit, / est proprium.

Et utrum quod omni et soli et aliquando accidit, sit proprium. A parte. Si homini in senectute ca/nescere est proprium, tunc quod omni et soli et aliquando adest est proprium; sed hoc est, quod sic ait: **ut homini in senec/tute canescere** (19.22); ergo quod omni et soli et aliquando adest, est proprium.

Et utrum quod omni et soli et semper / adest, sit proprium. Si risibile est proprium homini, tunc quod adest omni et soli et semper est proprium; sed hoc est, quod sic / ait: **ut(!) homini esse risibile** (20.1); ergo quod adest omni et soli et semper, est proprium.

Quia `vero´ quis quaereret quomodo puer / mox natus sit risibilis, expositiva docet antipophora sic: **nam etsi non ridet, tamen risibi/lis(!) dicitur, non quod iam rideat, sed quod sit aptus natus ad ridendum** (20.2).

Quod autem risibile semper inest homini, / sic probat a toto. **Hoc enim(!)** inquit **semper est ei naturale** (20.3); sed quicquid semper est naturale, semper inest; / ergo risibile <semper> inest homini.

Et equo hinnibile (20.4). Similis est exempli attributio.

Sic ergo enumeratis / quattuor propriis, extrema sic probat: **haec autem proprie** nominantur **propria** (20.4). Quod sic probatur a definiti/one. **Quoniam** inquit **convertuntur** (20.5); sed quaecumque propria convertuntur, sunt proprie propria; ergo risibile et hinnibile sunt proprie / propria.

Hinnibile vero sic converti probatur. Si omnis equus est hinnibilis et omne hinnibile est / equus, tunc convertitur; ubi enim sunt duae partes, ibi duale earum totum necessario inest. Sed, inquit, / **quicquid est equus est hinnibile et quicquid est hinnibile est equus** (20.5). Ergo hinnibile convertitur.

<De accidente>

Accidens vero est quod adest hic est punctandum / **et abest praeter subiecti corruptionem** (20.7).

Dividitur autem in duo, a partibus. Si in separa/bile et in inseparabile, tunc in duo; sed, inquit, **in separabile et in inseparabile divi/ditur** (20.8); ergo accidens dividitur in duo.

Cum autem dicit dividi accidens in separabile et in inseparabile, est / dicere quoddam esse separabile, quoddam inseparabile. Quod sic probatur a partibus. Si dormire est separabile / accidens, nigrum vero inseparabile, tunc quoddam est separabile, quoddam inseparabile; sed hoc est, quod sic ait: / **namque dormire** etc (20.9); ergo quoddam accidens est separabile, quoddam inseparabile.

Quia vero, cum superius / dixerit omne accidens posse abesse,

potest vero quoddam inseparabile dicat, sibi ne videretur / contrarius, expositiva docet antipophora, sic. Cum enim omne accidens ratione possit / et intellectu abesse ut in definitione dixit, quoddam tamen separandi non habet / actum. Quod sic docet: **potest autem** etc (20.10).

Definitur autem sic quoque: accidens est quod [98r] contingit esse et non esse rei in sua essentia non mutatae, hoc est quod dicit **eidem, vel quod neque genus** etc (20.12). /

<De proprietatibus communitatibusque
quinque praedicabilium>

Sic igitur horum quinque designatis essentiis, ut illa iure multiplici numero computasse variisque / assignationibus demonstrasse videatur, longe a se diversa manifestat. Omnia enim quae omnino / sunt eadem, iure unitas in identitate concludit, diversa vero multiplex recte coniungit numerus / variaequae essentiae differens notat ostensio. Itaque haec ostensurus diversa eorum omnium primum / generaliter, potes tvero per bina communitates ostendit. Sicut enim cum singulas multas vel paucas cuius/libet bonitates noverimus, facilius eius nequitas si qua sublateant, scimus discernere sic / in istorum communitatibus ostendendis facile diversitates ostendendae patebunt. Nam altero desig/nato contrario, facile designatur et alterum.

Sic ergo ingreditur dicens: **commune quidem omnibus est** (21.2).

Hic porro superfluis argumentorum / indagator argumentari laborat, sic. Si habent commune praedicari de pluribus, tunc habent communem; sed, inquit Porphyrius, de pluribus dici habent commune; ergo habent commune. /

Nos vero rerum tantum necessaria perscrutantes nec bene coniuncta quaerentes disiungere, / has et huiusmodi nugas superfluis relegamus. Cum enim ordo et constructionis regula dici simul / deposcat, **commune est omnibus de pluribus praedicari, dividentes-punctare** non modo inane / verum etiam criminisum iudicamus.

Quod vero cuncta simul habere proponit, a primo, id est genere, per sin/gula sic tendit ostendere. Si genus praedicatur de speciebus et individuis et differentia similiter, species vero / de individuis, proprium autem de specie et individuis, accidens quoque de speciebus et individuis, tunc omnia / praedicantur de pluribus. Sed hoc est, quod sic ait: **sed genus quidem** etc (21.3). (Ubi recte **sed** posuit adversativum. / Cum enim communitatis probandae sic ponat rationem, simul etiam cum quaedam de his, quaedam vero de illis / dicit praedicari, diversitatis ostendit naturam, quod per **sed** particulam designavit). Ergo omnia praedican/tur de pluribus. A parte plurimorum.

Et utrum genus praedicetur de speciebus et individuis. A

partibus. Si / animal praedicatur de equo et ceteris et de hoc equo et ceteris, tunc genus praedicatur de speciebus et individuis; sed hoc est, ut inquit / **namque animal** etc (21.8); ergo genus praedicatur de speciebus et individuis.

Differentia quoque et <de> specie et <de> proprio, quia cum hoc / argumenti similitudinem tenent, nostrae iudustriae commendamus.

De accidente vero sic probamus. Si separabile / et inseparabile, tunc accidens; sed separabile et inseparabile praedicatur de speciebus et individuis; ergo accidens.

Et utrum separabile / et inseparabile. A partibus ipsorum et specierum. Si nigrum praedicatur de corvo specie et particularibus, / et moveri de homine et ceteris, tunc separabile et inseparabile; sed hoc est, quod inquit **nigrum autem** etc (21.13); ergo separabile et inseparabile praedicatur / de speciebus et individuis.

Sed principaliter quidem de individuis (21.16). Praedicationis ordinis expositiva est / antipophora.

<De com. generis et differentiae>

Commune est autem generi et differentiae continentia specierum (21.19). Ubi quoque superflui dividentes superiori similiter argumentantur. Quo dimisso, sic progredimur. Si differentia continet species, / tunc differentiae est communis cum genere continentia specierum; sed, inquit (20.20), **differentia continet species, etsi non omnes quot genera** / (continentiae moderatio); ergo differentiae est communis cum genere continentia specierum. A causa. Nam / continere species est causa communitatis habendae in hoc vel in coniugatis.

Et utrum differentia conti/neat species. A parte. Si rationale continet hominem et deum, quae sunt species, tunc differentia continet species; / sed hoc est, ut inquit **rationale enim** etc (21.21); ergo differentia continet species.

Et hoc habent commune quod quaecumque praedi/cantur de genere ut genera, et de suis speciebus (22.3); et **quaecumque de differentia ut differentia, et de suis speciebus** (22.5). [\[98v\]](#) Quod sic probatur de genere. Si substantia et animatum praedicatur de speciebus animalis, cum de ipso / genere praedicentur ut genera, tunc quicquid praedicatur de genere ut genus, praedicatur de suis speciebus; sed hoc est, / ut inquit **nam cum genus sit animal** etc (22.6); ergo quicquid praedicatur de genere ut genus, praedicatur de speciebus quae sub ipso / sunt.

Et utrum quod praedicatur de differentia ut differentia, praedicetur

de speciebus ipsius. A parte. Si ratione / uti praedicatur de speciebus rationalis differentiae, cum de ipso rationali praedicetur ut differentia, tunc quod praedicatur de / differentia ut differentia⁷⁰, praedicatur de speciebus ipsius differentiae; sed hoc est, ut inquit **cumque sit differentia rationalis** etc (22.9); / ergo quod praedicatur de differentia ut differentia, praedicatur de speciebus ipsius differentiae.

Ne vero contriveris⁷¹ veteri / quaestione quae ratione⁷² uti de rationali posse praedicari mirabatur. Sicut enim homo de animali particulariter / vel indefinite praedicatur. Non autem universaliter ut ait Porphyrius. Non enim dicis animal esse hominem / ad quem modum hominem dicis esse animal, id est ~~†ad universaliter qui est in propositionibus modus†~~. Hic non / negavit hominem de animali praedicari, non per solum praedictum modum.

Commune autem est (22.12) utrique / ut perempta perimant quae sub ipsis sunt. Si animal perimit hominem et equum, et rationale utentia ratione, / tunc genus et differentia perempta perimunt quae sub ipso sunt; sed hoc est, ut ait **quemadmodum sit non sit animal** etc (22.14); / ergo genus et differentia perempta perimunt quae sub ipsis sunt. A parte generis et differentiae et eorum quae sub ipsis sunt.

<De propriis generis et differentiae>

Proprium / autem generis est de pluribus praedicari quam differentia (22.17) hoc est dicere genus differt a differentia per praedicari / de pluribus, ut homini proprium est risibile ad asinum, hoc est homo differt ab asino per risibile. Quod vero dicit / **et species et proprium et accidens** (22.18), quoniam eandem habet genus cum illis differentiam, licet non hic essent memoranda, ex societate apposit. Quod sic probatur a partibus illorum et plurium. Si animal praedicatur de homine / et ceteris, quadrupes vero de solis quatuor pedes habentibus, homo vero de solis individuis, et hinnibile / solum de equo et particularibus eius, tunc genus praedicatur de pluribus quam differentia et species et proprium; sed hoc est, / ut inquit **animal enim** etc (22.19); ergo genus praedicatur de pluribus quam differentia et species et proprium.

Et utrum de pluribus / quam accidens. Ab oppositis secundum relationem. Si accidens praedicatur de paucioribus quam genus, tunc / genus de pluribus; sed hoc est, ut inquit **et accidens similiter de**

⁷⁰ diff(e)r(enti)a] deff(e)r(enti)a a.c. C

⁷¹ contriveris] c(on)t(ri)beris C

⁷² ratione] racion C

paucioribus (22.22); ergo genus praedicatur de pluribus / quam accidens.

Quia vero genus non praedicatur de pluribus quam sui constitutiva differentia, cum indefinite dicat / 'quam differentia', de qua est intellegendum, expositiva docet antipophora: **oportet autem** etc (22.23).

A<m>plius (23.2) / *subit*⁷³: differunt. Si genus continet differentiam, tunc differt ab ea⁷⁴; sed hoc est, ut inquit **genus continet et/c** (23.2); ergo genus differt amplius a differentia. A parte differentiae.

Et utrum genus contineat differentiam. A parte / utriusque. Si animal continet rationale et irrationale, tunc genus differentiam; sed hoc est; ergo genus continet differentiam.

Et utrum animal / rationale et irrationale contineat. Sic. Si animal continet animal quod <est> rationale et illud quod est irrationale, tunc animal continet / rationale et irrationale differentias. Sed hoc est, ut inquit **animalis**⁷⁵ **enim est aliud rationale**, aliud **irrationale** (23.2); ubi subintelligitur: / et utrumque sub animali⁷⁶ continetur. Ergo genus continet rationale et irrationale differentias. Ab effectis. Sunt enim rationale et / irrationale animalis⁷⁷ effecta rationalis et irrationalis, ut homo a l'bus albedinis.

Amplius (23.3) *subit*⁷⁸: differunt. Si genera sunt priora / differentiis naturaliter, tunc differunt; sed hoc est, ut inquit **genera quidem** etc (23.3); ergo genus differt amplius a differentia. / A parte differentiae.

Ex qua assumptione sicut a pari vel definito, definitionem sic infert: **propter / quod simul** etc (23.5).

Et utrum genus auferat⁷⁹ differentiam et non auferatur⁸⁰ ab eis. A partibus utriusque. Si / animali⁸¹ sublato aufertur rationale et irrationale, tunc genus aufert differentiam; sed hoc est, ut inquit **sublato enim** etc (23.6); ergo genus sublato aufert differentiam.

Et utrum differentiae, id est rationale et irrationale, auferant animal⁸². Non. A definitione. **[99r]** Si non auferunt substantiam

⁷³ *subit]* *lectio incerta, sub' C et dehinc similiter*

⁷⁴ *ea]* *aa(?) a.c. C*

⁷⁵ *animalis]* *anml' C*

⁷⁶ *animali]* *anml'i C*

⁷⁷ *animalis]* *anml'is C*

⁷⁸ *subit]* *sub' C*

⁷⁹ *auferat]* *afferat C*

⁸⁰ *eratur]* *asiferat(ur) V*

⁸¹ *animali]* *anml'i C*

⁸² *animal]* *anml' C*

animatam sensibilem, non auferunt animal; sed hoc est, ut inquit **nam si omnes** etc (23.7); ergo rationale et irrationale non auferunt animal.

Amplius (23.10) *subit*⁸³: differunt. Si genus praedicatur in eo quod quid, / differentia vero in eo quod quale, tunc differunt; sed hoc est, ut inquit **genus quidem in eo quod quid est** etc (23.10); ergo genus / et differentia differunt. A parte differentiae.

Amplius (23.12) *subit*⁸⁴: differunt. Si genus est unum, scilicet proximum, secundum / unamquamque speciem, differentiae vero plurimae, tunc differunt; sed hoc est, ut inquit **genus quidem**⁸⁵ **unum est** etc (23.12); ergo / genus et differentia differunt amplius.

Et utrum unum sit genus secundum speciem. Si animal est secundum hominem, / tunc unum genus secundum unam speciem; sed hoc est, ut inquit **ut hominis id quod est animal** (23.13); ergo unum genus est secundum unam/quamque speciem.

Et utrum plurimae differentiae. Si rationale et cetera sunt secundum hominem, tunc plurimae differentiae sunt secundum / speciem; sed hoc est, ut inquit **ut rationale** etc (23.14); ergo plurimae differentiae sunt secundum unamquamque speciem.

Et (23.15) *quasi*: amplius / differunt. Si genus est simile materiae, formae vero differentia, tunc genus et differentia differunt; sed hoc est, ut inquit **genus / quidem consimile** etc (23.15); ergo genus et differentia differunt. A simili. Maxima propositio: quorum similia differunt, et ipsa. / Unde, id est quia, genus et materia similia sunt, forma quoque et differentia; materia vero et forma differunt; sic / etiam genus et differentia differre constat.

<De com. generis et speciei>

Genus autem et species commune habent de pluribus praedicari (23.18). /

Quia vero eadem res est genus et species, ne videatur eidem secum dare communitatem, quod est proprium diversis / rebus, hoc in diversis accipiendum, expositiva docet antipophora: **sumatur autem** etc (23.20).

/

Commune autem his⁸⁶ **est** (23.21) et hoc et illud quod sequitur.

⁸³ *subit*] *sub'* C

⁸⁴ *subit*] *sub'* C

⁸⁵ *quidem*] *qd'* C

⁸⁶ *his*] *hi.* C

<De propriis generis et speciei>

Differt autem (23.24) genus a specie, quoniam genus continet species, species / vero continetur et non continet genus, ut ait (23.24): **eo quod genus** etc; sed omne quod continet, differt ab eo quod continetur / et non continet; ergo genus a specie. A parte differentiae.

Ut genus contineat, id est continens sit, speciem. A definiti/one continentis. Omne quod in pluribus est, continens est; sed genus in pluribus est quam species, ut inquit **in / pluribus enim** etc (24.1); ergo genus continet speciem.

Et utrum species contineat genus. Non. A repugnanti. Si prius est / naturaliter genus, tunc non continetur a specie; sed hoc est; ergo genus non continetur a specie vel species non continet genus.

Et utrum / genus sit naturaliter prius. A definitione. **Genera enim praeiacere oportet et formata facere species** (24.2); / sed omne quod praeiacet et formatum facit aliquod, prius est naturaliter; **unde** inquit **et priora sunt naturaliter / genera** (24.3).

Ex quo conclusione, sicut a pari quod est definitum, haec infert illatio: **et simul interimentia** / etc (24.4). Res enim una variis potest definitionibus assignari.

Et (24.5) quasi: amplius differunt. Si species ponit / genus, genus vero non ponit speciem, tunc differunt; sed hoc est, ut ait aequipollenter: **species quidem cum sit** etc (24.3); ergo / genus et species differunt.

Et (24.6) quasi: amplius differunt. Si genus praedicatur univoce de specie, species vero minime de genere, / tunc differunt; sed hoc est, ut ait (24.6): **genera quidem univoce** etc; ergo genus et species differunt.

Amplius (24.7) quasi: differunt. / Si genus abundat continentia specierum, species vero continentia differentiarum, tunc differunt; sed hoc est, / ut ait **genera quidem abundant** etc (24.6); ergo genus et species differunt.

Amplius (24.10) quasi: differunt. Si⁸⁷ generalissimum / et specialissimum differunt, tunc genus et species; sed hoc est; ergo genus et species differunt. A parte generis et speciei.

Et utrum / generalissimum et specialissimum differant. A contrario immediato. Quaecumque sunt, aut differunt / aut eadem sunt; sed `haec´ non sunt eadem, ut ait aequipollenter **neque species fiet** etc (24.10); est enim aequipollens horum / alterum nunquam fieri quod est

⁸⁷ Si] S C

alterum et numquam eadem esse. Ergo generalissimum et specialissimum differunt. /

<De com. generis et proprii>

Generis autem et proprii commune est sequi species (24.12).

Si animal et risibile sequuntur hominem, tunc genus et proprium / speciem; sed hoc est, ut ait aequipollenter: **nam si homo est** etc (24.13); ergo genus et proprium sequuntur speciem.

Et commune / habent aequaliter praedicari `genus´ etc (24.14).

Quod sic probatur a partibus. Si animal praedicatur aequaliter de⁸⁸ homine [99v] et bove, de⁸⁹ Catone et Cicerone risibile, tunc genus et proprium aequaliter praedicantur; sed hoc est, ut ait aequipollenter: **aequaliter enim / et homo** etc (24.16); ergo genus et proprium aequaliter praedicantur.

Commune autem his est et univoce etc (24.17).

<De propriis generis et proprii>

Differt autem genus / a proprio.

Si genus est prius, proprium vero posterius, tunc differunt; sed inquit **genus est prius, proprium vero posterius** (24.20); ergo genus et proprium differunt. /

Et utrum genus sit prius quam proprium. A parte. Si animal est prius quam propria sua, tunc genus prius quam proprium; sed hoc est, / ut ait **oportet enim** etc (24.20); ergo genus est prius quam proprium. Quod vero **differentiis**⁹⁰ (24.21) ait, propter maioritatem in collegio / ponit.

Et (24.21) quasi: amplius differunt. Si genus praedicatur de pluribus speciebus, proprium vero de una sola, tunc differunt; / sed hoc est, ut ait **genus quidem de pluribus** etc (24.21); ergo genus et proprium differunt.

Et (24.23) quasi: amplius differunt. Si proprium / conversim praedicatur de specie, genus vero de nullo, tunc differunt; sed hoc est, ut ait **proprium quidem⁹¹ conversim** etc (24.23); ergo genus / et proprium differunt.

⁸⁸ de] ab C

⁸⁹ de] a V

⁹⁰ differentiis] diff(e)r(enti)as C

⁹¹ quidem] q(uo)d C

Et utrum genus de aliquo praedicetur conversim. A parte generis et alicuius. Si animal non praedica/tur conversim de homine vel de risibili, tunc genus de nullo praedicatur conversim; sed hoc est, ut ait aequipollenter: / **nam neque si animal, `homo⁹² est`** etc (24.25); ergo genus de nullo praedicatur conversim.

Et utrum proprium praedicetur conversim de specie. / A parte utriusque. Si risibile praedicatur de homine conversim, tunc proprium de specie; sed hoc est, ut ait aequipollenter: / **sin vero homo⁹³ est** etc (25.1); ergo proprium praedicatur conversim de specie.

Amplius (25.2) subit⁹⁴: differunt. Si proprium adest omni et soli / et semper, genus autem non soli, tunc differunt; sed hoc est, ut ait (25.2): **proprium omni speciei** etc; ergo genus et proprium differunt. /

Amplius (25.4) subit⁹⁵: differunt. Si species non interimunt genera, sed interimunt propria, tunc genus et proprium differunt. Sed / inquit **species interemptae non interimunt genera** (25.4). Sed interimunt propria, quod sic ait aequipollenter: **et his quorum / sunt propria interemptis, et ipsa simul <interimuntur>** (25.6). (Haec vero interpositio: **propria vero interempta** etc (24.5), ut paritatem / ostendat apponitur). Ergo genus et proprium differunt.

<De propriis generis et accidentis>

Genus vero et accidens commune habent praedicari / de pluribus. De accidente sic probatur, a partibus. Si separabile et inseparabile, tunc accidens; / sed hoc est, ut ait **sive separabilium** etc (25.10); ergo accidens praedicatur de pluribus.

Et utrum separabile / et inseparabile. A partibus utriusque. Si moveri praedicatur de pluribus, nigrum quoque de corvis / et ceteris, tunc separabile et inseparabile praedicatur de pluribus; sed hoc est, ut ait **etenim moveri** etc (24.10); ergo separabile / et inseparabile praedicatur de pluribus.

<De dif. generis et accidentis>

Differt autem genus ab accidente (25.13). Si genus est ante species, acci/dens vero post, tunc differunt; sed hoc est, ut ait **quoniam genus ante species est** etc (25.14); ergo genus et accidens / differunt.

⁹² homo] h(oc) C

⁹³ homo] h(oc) C

⁹⁴ subit] sub' C

⁹⁵ subit] sub' C

Et utrum accidens sit post. Si species est prius eo, tunc accidens est post; sed hoc est; / ergo accidens est post. Ab oppositis secundum relationem.

Et utrum species sit prius [tunc]. A toto. / Si omne subiectum est prius, tunc et species est prius; sed [omne subiectum] hoc est, ut ait **cui accidit / prius est** (25.16); ergo species prius est accidente.

Et utrum omne subiectum vel cui accidit sit prius / accidente. A maiori parte. Si prius est quam inseparabile accidens, tunc est prius quam acci/dens; sed hoc est, ut ait **nam si etiam inseparabile sumatur** etc (25.15); ergo omne subiectum vel cui accidit / est prius quam accidens.

Et (25.16) quasi: amplius differunt. Si genus participatur aequaliter, accidens vero non aequaliter, / tunc differunt; sed hoc est, ut ait **genere⁹⁶ quidem quae participant** etc (25.17); ergo genus et accidens differunt. /

Et utrum a`c`cidens non aequaliter. A definitione. Si participatur intense et remisse, tunc non / aequaliter; sed hoc est, ut ait **intensionem(!) enim et remissionem** etc (25.18); ergo accidens participatur / non aequaliter.

Et (25.19) quasi: amplius differunt. Si accidentia subsistunt secundum tempus, id est principaliter, / in in`divi`duis, genera vero naturaliter, tunc differunt; sed hoc est, ut ait **accidentia quidem in indivi/duis** etc (25.19); ergo genus et accidens differunt.

Et (25.21) quasi: amplius differunt. Si genus praedicatur in eo quod quid, **[100r]** accidens in eo quod quale vel quomodo se habet, tunc differunt; sed hoc est, ut ait **genera in eo quod quid** etc (25.21); / ergo genus et accidens differunt.

Et utrum accidens praedicetur in eo quod quale vel in eo quod quomodo se habet. / A partibus. Si nigrum praedicatur de Aethiope in eo quod quale, sedere vero et ambulare de Socrate / in eo quod quomodo se habet, tunc accidens praedicatur in eo quod quale et in eo quod quomodo se habet; sed hoc est, ut ait / **qualis enim Aethiops est** etc (26.2); ergo a`c`cidens praedicatur in eo quod quale et in eo quod quomodo se habet.

<* * * >

Genus vero quo / ab aliis quattuor differat dictum est (26.5).

⁹⁶ genere] G(e)n(er)a C

Hic ergo inceptivo contrarium finitivum apponitur.

Contingit / autem unumquodque aliorum differre ab aliis quattuor ut quater quinque id est viginti fiant omnes differentiae (26.5). /

Et utrum quater quinque sint differentiae. A causa. Si res `sunt` quinque quorum singula differat ab aliis quattuor, / tunc sunt quater quinque differentiae; sed hoc est, ut ait **cum quinque quidem sint** etc (26.7); ergo differentiae sunt quater quinque, id est viginti. /

Effexegesis est. Sed decem tantum omnes erunt, si sic semper enumerentur posteriora, ut cum genus quattuor / habuerit a differentia et specie et proprio et accidente; secundum, id est differentia, superatum una illa, scilicet / quae est ad genus, tres tantum habeat, scilicet a specie, proprio, accidente; tertium, id est species, superatum duabus, una / scilicet ad genus et altera ad differentiam, duas tantum habeat, ad proprium et accidens; quartum vero, id est / proprium, tribus, una scilicet ad genus et altera ad differentiam, alia quoque ad speciem, una tantum possideat, / id est ad accidens; quintum vero, id est accidens, superatum quattuor, una scilicet ad genus, altera ad differentiam, / alia quoque ad speciem, quarta ad proprium, sic nullam in hac habeat enumeratione.

Et utrum in tali / enumeratione decem sint differentiae. A partibus. Si sunt quattuor, tres, duae, una, tunc decem; sed inquit / **quattuor, tres, duae, una** (26.12); ergo decem sunt.

Et utrum quattuor sint. A partibus. Si genus habet differentiam a differentia, specie, proprio, / accidente, tunc sunt quattuor; sed hoc est, ut ait **genus `enim` differt** etc (26.12); quattuor igitur sunt differentiae.

Et utrum tres / sint. Si differentia habet differentiam a specie, proprio, accidente, tunc sunt tres; sed differentia habet tantum differentiam a specie, / proprio, accidente; ergo tres sunt differentias.

Et utrum tantum habeat differentiam ad haec. Ab immediatis. / Aut ad haec tantum, aut ad aliud quod est genus; sed in hac enumeratione non habet ad genus, quod sic ait / **differentia vero quo differt a genere dictum est quando quo differt genus ab ea dicebatur** (26.14); ergo differentia habet tantum / differentias ad haec, quod sic ait **relinquitur igitur** etc (26.15).

Et utrum duae sint differentiae. Si species habet tantum / differentiam a proprio et accidente, tunc sunt duae differentiae; sed hoc est; **duae igitur** inquit **differentiae** (27.3).

Et utrum species tantum, scilicet / in hac enumeratione, habeat differentias ad haec. Ab immediatis. Aut ad haec tantum aut / ad alia quae sunt genus et differentia, quod sic ait aequipollenter: **species quidem quo differat a differentia dictum est** (26.17). Est enim / aequipollens hoc esse iam dictum et in hac enumeratione non habere. Ergo species habet tantum, in hac scilicet enumeratione, differentias ad

haec, id est proprium et accidens, quod sic ait **reliquum est igitur** etc (27.2).

Et utrum / una sit differentia. A parte. Si proprium habet tantum differentiam ad accidens, tunc est una tantum; sed hoc est; ergo una differentia. /

Et utrum proprium habeat tantum differentiam ad accidens, in hac scilicet enumeratione. Ab immediatis. / Aut tantum ad accidens aut ad alia quae sunt genus, differentia, species. Sed proprium non habet in hac enumera/tione differentiam ad haec, quod sic ait aequipollenter: **nam praedictum est quo differat a specie** etc (27.4). Ergo proprium / habet tantum differentiam ad accidens, et in hac scilicet enumeratione, quod sic ait **proprium quo differat / ab accidente relinquitur** (27.3).

Post haec autem omnia superiorem quaestionem quae erat de decem differentiis, / per conductionem concludit, hoc est per ipsius loci insertionem, sic: **quatuor igitur sumptis** etc (27.6). /

Decem erunt omnes differentias quarum quatuor quae erant genus ad reliqua demonstratae sunt, ceteras in sequen`ti |100v| demonstrat.

<De propriis differentiae et speciei>

Commune ergo differentiae et speciei (27.10) quod aequaliter participantur. Quod sic⁹⁷ probat. / Si homo et risibile participantur aequaliter a particularibus hominibus, tunc differentia et species aequaliter partici/pantur; sed hoc est, ut ait aequipollenter: **homo enim** etc (27.11); ergo differentia et species aequaliter participantur. /

Commne etiam est semper adesse (27.13) participantibus. A partibus. Si rationale et homo semper assunt Socrati, / tunc differentia et species semper assunt participantibus; sed hoc est, ut ait aequipollenter: **semper enim Socrates** etc (27.14); / ergo differentia et species semper assunt participantibus.

<De propriis diffferentiae et speciei>

Proprium autem est differentiae (27.15) id est differentia differt a specie. A parte / differentiae. Si differentia praedicatur in eo quod quale, species vero in eo quod quid, tunc differunt; sed, inquit (27.16), differentia praedicatur in / eo quod quale, species vero in eo quod quid; ergo differentia et species differunt.

Quia vero videretur alicui species / praedicari in eo quod quale, quod ipsa species sit qualitas, sicut Aristoteles (*Cat.* 5, 52.8) dicit “Nomina secundarum sub/stantiarum significant aliquid quale”, tali

⁹⁷ sic + [ait] C

removet antipophora, quia homo species **non simpli/citer** (27.18) significat rationale vel mortale, sed si iungantur cum genere animali est homo, sicut ipse ait Aristoteles (*Cat.* 5, 52.10-13) / “Non autem simpliciter qualitatem significant nomina secundarum substantiarum, sed qualitatem cum / substantia”.

Amplius (27.19) quasi: differunt. Si differentia considerantur in pluribus speciebus, species vero in solis indivi/duis, tunc differunt; sed hoc est, ut ait **differentia quidem** etc (27.19); ergo differentia et species differunt.

Et utrum differentia conside/retur in pluribus speciebus. A parte. Si quadrupes in pluribus speciebus animalis consideratur, tunc differentia / consideratur in pluribus speciebus; sed hoc est, ut ait **quemadmodum quadrupes** etc (27.20); ergo differentia consideratur / in pluribus speciebus.

Amplius (28.1) quasi: differunt. Si differentia est prior specie, tunc differt ab ea; sed hoc est, ut ait / **differentia prima**⁹⁸ **est** etc (28.1); ergo differentia differt a specie.

Et utrum differentia sit prior specie. A parte. Si rationale est prius homine, / tunc⁹⁹ differentia est prior specie; sed hoc est; ergo differentia prior specie.

Et utrum rationale. A specie prioris. Si rationale aufert hominem / et non aufertur ab homine, tunc est prius; hoc enim est species prioris, et alia multa. Sed hoc est, ut ait **simul / enim ablatum rationale** etc (28.2). Ergo rationale est prius homine.

Et utrum rationale auferatur ab homine. A specie rationalis. Si deus non / aufertur ab homine, nec rationale; sed hoc est, ut ait aequipollenter: **cum sit deus** (28.3); ergo rationale non aufertur ab homine. /

Amplius (28.3) quasi: differunt. Si differentia componitur cum alia differentia, species vero non cum specie, tunc differunt; sed / hoc est, ut ait **differentia quidem** etc (28.4); ergo differentia et species differunt.

Quia vero quod equus et asinus faciunt / mulum, posset quis obicere, tali praevenit antipophora. Quidam enim equus et quidam asinus, / id est individui, convenientes gignunt aliquem mulum, non autem species equus et asinus mulum / speciem. Satis enim mulus species naturali ratione et speciali essentia subsistere potest, si / nunquam individuis ex equo et asino gignatur mulus.

⁹⁸ p(ri)ma] p(ri)or a.c. C

⁹⁹ tunc] tc C

<De com. differentiae et proprii>

Differentia vero et proprium commune habent (28.10) quod / aequaliter participantur. Quod sic probatur. Si rationale et risibile aequaliter participantur, tunc differentia et proprium; sed hoc est, ut / ait **aequaliter enim rationalia** etc (28.12); ergo differentia et proprium aequaliter participantur.

Et semper et omni <adesse> commune / utrisque est (28.13).

Cum vero dicat differentia semper adesse, qui tamen habet bipeditatem aliquando perdit / pedes, posset quis ambigere; quare sic docet bipedem [bipedem] nunquam naturaliter / posse perdere bipeditatem, licet actu perdat aliquando. Hoc est quod ait **sive enim cur/tetur** etc (28.14). Ad cuius confirmationem simile infert exemplum de proprio: **nam et risibile** etc (28.16). /

<De propriis differentiae et proprii>

Proprium vero est differentiae (28.18) hoc est differentia differt a proprio. Quod sic probatur. Si differentia praedicatur de pluribus speciebus, / proprium vero de una sola specie, tunc differunt; sed hoc est, ut ait **quod haec quidem** etc (28.19); ergo differentia / et proprium differunt.

Et utrum differentia praedicatur de pluribus speciebus. Si rationale praedicatur **[101r]** de homine et deo, tunc differentia praedicatur de pluribus speciebus; sed hoc est, ut ait **ut rationale** etc (28.20); / ergo differentia praedicatur de pluribus speciebus.

Et (28.21) quasi: amplius differunt. Si differentia non praedicatur conversim, proprium vero praedi/catur conversim, tunc differunt differentia et proprium; sed hoc est, ut ait **differentia quidem illis est consequens quorum est differentia / sed non convertitur, proprium(!) vero** etc (28.21); ergo differentia et proprium differunt.

Et utrum proprium praedicatur conversim. A causa. Si est / conversibile, tunc praedicatur conversim; sed hoc est, ut ait **idcirco quoniam convertuntur** (29.1) <i.e.> conversibilia sunt; ergo proprium praedi/catur conversim. Est enim conversibilitas proprium causa conversibilis praedicationis illius.

<De com. differentiae et accidentis>

Differentiae autem / et accidenti commune est de pluribus dici. Commune vero ad ea quae sunt inseparabilia <accidentia> semper /

et omnibus adesse (29.4). Quod sic probatur a partibus. Si bipes et nigrum semper assunt omnibus corvis, tunc / differentia et proprium semper et omnibus assunt; sed hoc est, ut ait **bipes enim** etc (29.6); ergo differentia et proprium semper et omnibus assunt. /

<De propriis differentiae et accidentis>

Differt autem (29.8) differentia ab accidente. Si differentia continet et non continetur, accidentia vero continet et continetur, tunc differunt; sed hoc est, ut ait **quoniam differentia quidem** etc (29.9); ergo differentia et accidens differunt.

Et utrum contineat differentia. A parte / differentiae. Si rationale continet hominem, tunc differentia continet; sed hoc est, ut ait **continet enim rationale hominem** (29.9); ergo differentia / continet.

Et utrum accidens contineat. Accidens, inquit, **in pluribus** (29.11); sed quod in pluribus est, continens est; / ergo accidens continet. A definitione continentis.

Et utrum accidens contineatur quodammodo. Si accidens unum totum / cum pluribus suscipitur a subiecto, tunc accidens continetur; sed hoc est, ut ait **eoquod non unius** etc (29.12); ergo accidens / continetur quodammodo. A parte modi.

Et (29.13) quasi: amplius differunt. Si¹⁰⁰ differentia non recipit intensionem et remis/sionem, accidentia vero recipit, tunc differunt; sed hoc est, ut ait aequipollenter **differentia quidem inintensibilis(!)** etc (29.13); / ergo differentia et accidens differunt.

Et (29.14) quasi: amplius differunt. Si differentiae contrariae sunt impermixtae, contraria vero / accidentia permixta, tunc differunt; sed hoc est, ut ait **inpermixtae quidem** etc (29.14); ergo differentia et accidens differunt.

Huiusmodi / quidem communionibus¹⁰¹ et proprietates differentiae et ceterorum sunt, species vero quo quidem differat a genere et differentia dic/tum est in eo quod dicebamus quo genus et differentia differunt a ceteris (29.17).

<De com. speciei et proprii>

Speciei autem et proprii commune est (29.21) / quod de se invicem praedicantur. Quod sic probatur a partibus. Si homo

¹⁰⁰ Si] S(ed) C

¹⁰¹ communionibus + [s(un)t] C

praedicatur de risibili et risibile de / homine, tunc species et proprium de se invicem praedicantur; sed hoc est, ut ait aequipollenter **nam si homo est** etc (29.22); ergo / species et proprium de se invicem praedicantur.

Risibile vero (29.23) est expositiva antipophora.

Aequaliter autem / sunt species etc (29.24). Alius communitatis attributio.

Differt autem species a proprio (30.1). Quod sic probatur¹⁰². Si species / potest convenire aliis speciebus, proprium vero non potest, tunc differunt; sed hoc est, ut ait **quoniam species quidem** etc (30.2); / ergo species differt a proprio.

Et (30.3) quasi: amplius differunt. Si species ante subsistit quam proprium, proprium `vero´ post sit, tunc differunt; / sed hoc est, ut ait **species quidem ante** etc (30.3); ergo species et proprium differunt.

Et utrum species sit ante quam proprium. / A parte utriusque. Si homo est prius quam risibile, tunc species est ante quam proprium; sed hoc est, ut ait **oportet enim** / etc (30.5); ergo species est ante quam proprium.

Amplius (30.5) subit¹⁰³: differunt. Si species semper adest actu, proprium vero¹⁰⁴ in potestate, / tunc differunt; sed hoc est, ut ait **species quidem** etc (30.6); ergo species et proprium differunt.

Et utrum species semper actu¹⁰⁵ assit, / proprium¹⁰⁶ vero non semper. Si homo semper adest actu Socrati, risibile vero non semper, tunc species semper adest actu subiecto, / proprium vero non semper; sed hoc est, ut ait **homo enim semper** etc (30.7); ergo species semper adest actu, proprium vero non semper.

Amplius (30.8) subit¹⁰⁷: / differunt. **Quorum definitiones differunt, et ipsa**, ut ait (30.9); sed definitiones et speciei et proprii differunt; ergo species / et proprium differunt.

Et utrum definitiones eorum differant. A partibus. **Est**, inquit, d(efinitio) **speciei sub genere / esse** etc (30.9), **proprium vero semper et omni et soli adesse** (30.11); sed haec differunt; ergo definitiones eorum differunt. /

¹⁰² probatur] p(ro)bat C

¹⁰³ subit] sub' C

¹⁰⁴ vero] n(on) C

¹⁰⁵ actu] actu(m) C

¹⁰⁶ proprium vero non] n(on) p. C

¹⁰⁷ subit] sub' C

<De com. speciei et accidentis>

Speciei vero et accidenti commune est de pluribus praedicari (30.13).

Rarae vero (30.14) id est paucae, `eorum´ communitates. [101v] Quod sic probatur¹⁰⁸. Si plurimae sunt distantiae, tunc paucae communitates; sed hoc est, ut ait **propterea / quoniam plurimum distant a se** (30.15); ergo paucae sunt communitates. A contrariis et oppositis secundum / relationem.

<De propriis speciei et accidentis>

Propria vero utriusque sunt (30.17) id est utrumque differunt. Quod sic probatur¹⁰⁹. Si species praedicatur in eo / quod quid est, accidens vero in eo quod quale vel quomodo se habet, tunc differunt; sed hoc est, ut ait **speciei quidem / in eo quod quid est** etc (30.18); ergo species et accidens differunt.

Et (30.20) quasi: amplius differunt. Si species participatur una / ab unaquaque substantia, accidentia vero multiplex, tunc differunt; sed hoc est, ut ait aequipollenter **unam/quamque substantiam una quidem** etc (30.20); ergo species et accidentia differunt.

`Et´ utrum accidens parti`ci`petur multi/plex. A speciebus. Si separabile et inseparabile, tunc accidens; sed hoc est, ut ait **et separabilibus et inseparabilibus** (30.22); ergo accidens participatur multiplex.

Et (30.22) quasi: amplius differunt. Si species ante subintelligitur / quam¹¹⁰ accidens, accidens vero posterioris generis est et adventitiae naturae, tunc species et accidens differunt; sed hoc est, / ut ait **species quidem ante** etc (30.22); ergo species et accidens differunt.

Et utrum species subintelligatur quam¹¹¹ accidens. / A maiori parte. Si ante quam inseparabile, tunc ante quam accidens; sed hoc est, ut ait **vel**¹¹² **si sint / inseparabilia** (30.23); ergo species subintelligitur ante quam accidens.

Et utrum species subintelligatur ante / quam inseparabile accidens.

¹⁰⁸ probatur] p(ro)bat C

¹⁰⁹ probatur] p(ro)bat C

¹¹⁰ quam] quia C

¹¹¹ quam] q(ui)a C

¹¹² vel] Vt C

A toto utriusque. Si omne subiectum est prius quam aliquod¹¹³ accidens, tunc species / prius quam inseparabile accidens; sed hoc est, ut ait **oportet enim esse** etc (29.23); ergo species est ante quam insepara/bile accidens.

Et (31.1) quasi: amplius differunt. Si species participatur aequaliter, tunc differunt; sed hoc est, ut ait / **speciei quidem aequaliter est participatio** etc (31.1); ergo species et accidens differunt.

Et utrum accidens participetur / non aequaliter. A maiori parte. Si inseparabile¹¹⁴, tunc accidens; sed hoc est, ut ait (30.2); ergo accidens participatur non / aequaliter.

Et utrum inseparabile. A parte. Si nigredo participatur intense et remisse / ab Aethiope, tunc inseparabile accidens; sed hoc est, ut ait aequipollenter **Aethiops enim alio** etc (31.3); / ergo inseparabile accidens participatur non aequaliter.

Restat igitur de proprio et accidente dicere (31.5). /

<De com. proprii et accidentis>

Commune autem proprii et inseparabilis accidentis est quod praeter ea nunquam consistant (31.7) subiecta. / Quod sic probatur¹¹⁵ a partibus. Si homo non subsistit praeter risibile nec Aethiops praeter nigredinem, / tunc praeter proprium et inseparabile accidens non consistunt subiecta; sed hoc est, ut ait **que<m>admodum / enim** etc (31.9); ergo praeter proprium et inseparabile accidens non consistunt subiecta.

Et (31.12) quasi: amplius habent com/mune. Si habent commune semper et omni adesse, tunc habeant amplius commune; sed hoc habent, / ut ait **quemadmodum semper** etc (31.12); ergo proprium et inseparabile accidens habent amplius commune.

<De propriis proprii et accidentis>

Differunt / autem (31.13). Si proprium adest uni soli speciei [et], inseparabile accidens vero pluribus, tunc differunt; sed hoc est, ut ait / **quoniam uni soli** etc (31.14); ergo proprium et inseparabile accidens differunt.

Et utrum proprium assit uni soli speciei. / A parte. Si risibile

¹¹³ aliquod accidens] aliq(u)id ac() C

¹¹⁴ inseparabile] i(n)risibile p.c. et i(n)risibilis a.c. C

¹¹⁵ probatur] p(ro)bat C

adest soli homini, tunc proprium <uni> soli speciei; sed **risibile** inquit, **homini** (31.14) soli; ergo proprium / adest <uni> soli specie.

Et utrum inseparabile accidens assit pluribus. Si nigrum adest Aethiopi et corvo / et ceteris, tunc inseparabile accidens adest pluribus speciebus; sed hoc est, ut ait **ut nigrum non solum Aethi/opi** etc (31.15); ergo inseparabile accidens adest pluribus speciebus.

Cum ergo dixerit proprium <uni> soli speciei adesse, / cum superius dixisset omni et soli et semper adesse, ex his omnibus sicut a definitione hoc infert: / **quare proprium praedicatur conversim** (31.17). Nam quaecumque omni et soli et semper adsunt, conversim praedicantur. Hoc / itaque illato quod proprium praedicatur conversim, assumit sic: **inseparabile autem accidens conversim non praedicatur** (31.18). / Ergo proprium et inseparabile accidens differunt.

Et (31.19) quasi: amplius differunt. Si priorum participatio est aequae, **|102r|** accidentium vero magis et minus, tunc differunt; sed hoc est, ut ait **propriorum quidem aequalis est** / etc (31.19); ergo proprium et accidens differunt.

Sunt quidem alia, sed haec sufficiunt.